sua:sed de se. Similiter in plurali dumtaxat duorum. Nam sui non variat vocem genitiui pluralis:ac ne singularis quidem:vt Prisc. placet:sis em̃ non reperiꝫ:vt mis/tis. Ideoq; opinor ꝛ hec duo illius exemplo pariter intercidisse:quũ presertim in vicem eoꝝ succedant deriuatiua. Habẽt itaq; hec duo pronoia in plurali nostrũ et vestrum:que respondent ad illa mis/tis:ꝛ item nostri ꝛ vestri que respondent ad illa mei/tui/vt nemo vestrum:nemo vestrum:nõ autem nemo nostri:nemo vestri. Rursus habete curam nostri:sicut habemus curam vestri:nõ aũt habete curam nostrũ:sicut habemus curam vestrũ. Si quis exempla desiderat sibi facile repire poterit. In diuersa opinione Seruius grãmaticus est:qui ait. Nostri aũt ꝛ vestri genitiuus pluralis est antiquus:ꝛ ex greco descendẽs:sicut singularis est mis:ꝛ tis:ꝛ hoc est vnde dicimus nr̃i causa fecit:hoc est nostrũ. Forsitan Aulũ Gelliũ (vt postea apparebit) est secutus. Sed hos et Prisc. cũ aliis in errorem (vt auguror) induxit: q interdũ inueniunt hec non ad aliã referri personam:sed reciproca esse vt ego omnia facio amore mei:tu istud fecisti gr̃a tui. Oblitus vestri est Ithacus discrimine tãto: sed nõ fuit causa cur errarent. Nam ita in his passio est:vt in illis:nec alio modo aliquid ego facio amore meipsius:q; tu amore mei. Ut em̃ diligor abs te:ita diligor a me: vt est apud Ouidianum Narcissum. Uror amore mei. Et tu sicut ab altero:ita ꝛ a teipo diligeris:ꝛ sibi q̃sq; amicus est vt alteri. Est alia ꝓterea causa cur errarent: q videret hec que nos distinximus (per actiue et passiue) in multis indifferenter poni:vt causa mea:et causa mei:fama mea:et fama mei:imago mea ꝛ mei: potestas mea et mei:vsus vtilitasq; mea et mei:memoria mea et mei. Interdũ etiam ipsa deriuatiua pronomina passiue accipi:vt apud Teren. Ut appareat facile desiderio id fieri tuo: videlicet q tu desideraris:non qđ desideras. Quale est: accusatio mea ꝛ crimen meũ:quũ accusor criminis:quasi accusatio mei ꝛ crimẽ mei. Sed non satis solertis fuit tam facile falli. Nã hoc vltimum vbi passiue positũ est pronomen deriuatiuum (qđ quidem rarum est) non magis contra me facit:quam contra veteres omnes qui hec pronoia possessiua vocauerunt. i. possessionem significantia:qđ nunc non faciunt: quod (vt dixi) rarũ est. Ideoq; nõ passim hoc reperias. Non enim dicas pro eodem:dolorẽ tuum ꝛ dolorem tui:vt dixit Teren. desiderium tuum pro tui:qđ scilicet ipse nõ dicerem. Verum quandoquidẽ non infinita sunt hec oia: que natura quadam ab vsu aliorũ recedunt: non grauabor de nonnullis sigillatim dicere: dum nõ grauentur audientes legentesq; hec audire vel legere. Dicam tamen breuiter. Et res digna scitu in primis:in qua videmus maximos etiam hallucinatos. Primũ est:causa mea venisti:et causa mei. Causa mea accipitur possessiue: eo modo quo via mea venisti: pecunia mea fecisti sumptũ:iter meo sumptu fecisti. Causa mei vero passiue:eo modo quo beneuolentia mei. Modus tamen prior est vsitatior. Quid aũt de hoc Seruius idẽ sentiat: postea videro. Fama mea et fama mei eiusdem rationis est:et mea fama frequẽtius dicimus. Imago mea:scilicet que mea est:vt statua mea:ꝛ forma mea. Imago mei:nempe que de me est. Sed prior modus est vsitatior. Hec que sequuntur:in vtrãq; partem frequẽtiora:vt alterũ tamen alterius sensus sit. Memoria mea actiue:q; ego recordor. Memoria mei passiue:q; alij de me recordant̃:vel mentionem habent: sepe etiam possessiue eo modo quo fama mea:dolor meus quem ipse patior:dolor mei quem alius de me patitur:vel forsitan ego ipse:simq; dolẽs meam vicem:sicut dicimus misereor mei. Copia mea possessiue q; ego possideo. Copia mei passiue qua ego possideor. Ut faciam oĩbus copiam mei non meam. Meretrix facit omnibus copiam sui:non suã. Potestas mea quam habeo:potestas mei qua habeor. Nec pulchre dicas alterum pro altero:vt tu vides potestatẽ meam quanta est:non mei: habes potestatẽ mei:nõ meã:nisi aliud significet: pro eo qđ est:habes eandem similemve potestatem:vt apud Cic. de bello Marsico. Q. Octauius omnibus faciebat sui conueniendi potestatem. Utilitas mea aliud est quã vtilitas mei. Ibi possideo: hic possideor. Quinti. Sed vt aliquid prestaret patrie vtilitatis mei. i. de me. Nam fieri potest vt in eadem re non sit vtilitas sua alicui cum vtilitate sui. Quidã legũt vtilitas mea. Idem. Quid nunc agam:aut quem vltra esse vsum mei diis repugnãtibus credam? Usus inquam est nõ meus:sed ex me aliorum. Adhuc idem. Presens quidẽ illa protinus reddi tur merces:q; omnibus quibus insedere odorem mellis inspirant: ꝛ breui cõtactu vim sui relinquunt vim sui non suam:sed ex se. Quomodo tu captus amore mulieris malles habere copiam sui quam suam. Fastidiũ meum quo ego alios fastidio: fastidiũ mei quo ego ab alijs fastidior. Ut idem. Ceu mulier omnibus exposita mortalibus vanitatem fastidio mei despectuq; captauit. Hec sunt ꝛ his silia: non tamen plurima que ancipitem naturam habent. Cetera vero minime. Nõ enim sic dicimus:pulchritudo mei:fortitudo tui: longitudo sui:vt imago sui:nõ prudentia:nõ ingenium:nõ sapientia:nõ probitas:nõ virtus:nõ innumera alia. Quod si tã parua res eos mouit debuit ediuerso illud magis mouere: qđ quedam que ꝛ ipsa nõ multa sunt:habẽt anci pitem significationẽ:sed quam nemo nisi cecus nõ discernat:vt pars:dimidiũ: membrũ: mediũ:quid:aliq̃d:multũ:ꝛ si qua alia. Quis enim non videat quũ dico hec est pars mea: nõ de corporis mei parte intelligi:sed de hereditatis:ꝛ iterũ:hec est pars mei:nõ de hereditate sed de corpore? Manus pars mei est / nõ mea. Fundus pars mea est/nõ mei. Dimidiũ

Degentõ sui.

Nemo nr̃m non nostri.

Seruius Aulũ gel. in genitiuis nr̃i ꝛ vr̃i secut⁹ vi detur.

Recipro catio genitiuorũ mei: tui: sui.

Indifferenter ꝓ Causa. Fama. Imago. Ptãs. Usus. Utilitas Memoria. Accusatio. Crimen me⁹ mea vel meũ ꝛ mei.

Copia.

parsmei ꝛ mea.

tui maius est q̄ dimidiū sui: profecto de corpore intelligo: dimidiū tuū maius est q̄ dimidiū suū: de preda: aut de cibo: aut de successione aliisq̄ similibus intelligendū est. Ne de-
diū tui tangā: non mediū tuū. E medio mei prodijt: non e medio meo: vt auferam iniqui
Membrū tatem e medio tui Israel. Membrū quū pro parte accipitur eandem rationē sequitur: vt hic puer membrum mei est: quasi pars mei. Sin pro membro aliquo / & in suo significatu ita accipitur vt caput: vt manus: vt pes. hic puer membrū meū est: quasi sit caput & manꝰ hic digitus membrū meū est / non mei. Item quid mei tetigisti: quid tui vidi: Aliquid tui virgo perdes si venatū cū adolescētulis prodibis: nō aliquid tuū: nisi dicamus tui a neutrali genere. vt Cice. de Orat. lib. iij. Ex quo vereor ne nihil sim tui nisi suppositionē pedis imitatus. i. de tuo / nō de te. Ulysse si quid tui Polyphemus prehēdet: id omne devorabit. Mei nihil attigit. Quicquid enim attigisset mei: statim contriuisset. Multū mei ille auferre potest sz plus tui. Plus inq̄ de te q̄ de me non de tuo & de meo. Item quicquid Meli-
bee diripuisti: aliquid meū fuit / nō mei. Hūc redeo ad Seruium qui ait. Tui causa feci: et tua causa feci: discretionē hanc habēt: vt tui causa tūc dicamus: si aliquid ipsi ad quez loquimur prestiterimus: vtputa tui causa te defendi. Uerg. in. xij. Victus amore tui: cognato sanguine victus Coniugis & meste lachrimis vincla omnia rupi. Tua vero causa: quū
Cā tuaꝝ tui scōm Seruiū. alteri aliquid alterius contēplatione prestamus: vt Tua causa mancipiū tuum defendi. Si Seruius tm̄ de hoc vocabulo causa loq̄tur: & non in vniuersum de oībus hmōi: non recte attulit exemplū alterius vocabuli: presertim non nihil natura differētis. Sin vero de omnibus: non potest vna lex dari diuersis vt supra ostendimus: si tamen lex est: & nō potius cōtra legem omniū veterū. Nam (vt ego dicebā) Causa sepius cū pronomine derivatiuo copulatur: atq̄ hoc quidē indifferenter: siue aliena sit causa: siue tua. Veluti si q̄s dicat. Epicurus vult omnia cuiq̄ agenda esse causa sua: mihi mea: tibi tua: illi sua: nobis nostra: vobis vestra: nō mihi tua aut sua: nec tibi mea: nec illi nostra: ne nobis sua: nec vobis vestra. Hic nihil opus est admiscere primitiuū. Sed ne sine exemplo loquar (q̄d ipse fecit) vno ero contentus: sumpto ex Quinti. mea depugnasti causa: tua peristi. Atq̄ hoc q̄d Seruius precepit nobis: ipse constanter vsus est: neminē tū secutus. quale est illud in vij. Enei. Non spe salutis: sed mei causa. & in viij. Hec signa mei causa fiunt. & in. ix. Ult
eñ intelligi sui causa matrē secutā. Verū q̄d
Aul. gel. lib. xx. c. v. non ex ppria p̄sona. mirū de Seruio: cum Aulus Gel. & quidē antiquior: nō modo nullū exitū in hac questione potest reperire: sz etiā non optime sentit: Ita enim inquit. Cur igitur Teren. Penitet nostri: non nostrū? Nihil hercle mihi venit in mentē: nisi authoritas quedā vetustatis nō

minus anxie nec superstitiose loquētis. Paulo post. Sed p̄culdubio qui rectissime loqui voluerit: nūm potius dixerit q̄ nīri. Et idcirco importunissime fecerunt: q̄ in plerisq̄ Sallustij exēplaribus scripturā istā synceriss̄imā corruperūt. Nam quū ita in Catilina scriptū esset. Sepe maiores nostrū miserti plebi Romane nostrū aboleuerunt: & nīri scripserūt. Ex quo in plures libros mende istius soboles manauit. Tu Aule Gelli de gtō nostri loqueris nō de ntō nostri pluralis numeri. Utrū rectius fit ad exemplū Sallustij: vt mihi & ceteris placet: in ntō casu: nihil ad rē facit: neq̄ ad exemplum Terentianū: & q̄ (vt tu vis) Sall. scripturam corruperūt: non in gtm̄ mutauerūt sonū illū: sz in ntm̄: per quē casum nō audeas tu dicere corrupte nos loqui: immo quantum ego sentio incorruptius. Est eñ vna eadēq̄ vox nīri ab eo q̄d est ego: genitiui casus: et nominatiui: ab eo q̄d est noster. Neq̄ vero ego repugno Aulo Gel. dicenti mutatā esse scripturam a nīm in nīri / ntm̄ tamen: non gtm̄. Nam neq̄ aliquis in gtm̄ mutasset: neq̄ recte mutasset. Quin potius fateor & hoc libētius: q̄ vnicū illud exemplū q̄d ipse ex Plauto protulit: fortasse mēdosuz est dicēs. Duorū laborī hoim parsissem libēs. Mei te rogādi: & tui mihi respondendi. Alit aūt Gel. Mei enim in hoc loco Plau. nō ab eo dixi q̄d est meus: sz ab eo q̄d est ego. Itaq̄ si dicere velis patrē mei pro patrē meū q̄d Greci mō τον πατερα μου dicūt: inusitate quidē: sed recte profecto: eaq̄ ratiōe dicas qua Plau. dixit laborī mei p laborī meo. Nolo equidē tā confidēter (vt facit Gel.) scripturā mēdosam dicere & affirmare q̄d inexploratū habetur. Taceo aūt q̄ dānat fortassis immeritos: q̄ nec corruperūt scripturā: & melius sic dici putauerūt. Quero cur verisimilius sit aliquos scripturā illaz mutasse Sallustij in qua nihil absurdi erat: q̄s hāc Plau. q̄ cōtra grāmaticoꝝ leges qualis est Prisc. & Seru. & Dona. qui hūc poetā in schola lectitabāt: facere videbātur: si ita dicerētur. Duorū laborī hominū parsissem libēs: meo te rogādi: & tuo mihi respōdendi. Nulla nāq̄ grāmatice rō videt hoc posse tueri: qui potius dū p̄ indiuidua exponim⁹ sigillatim q̄d dixeram⁹ p̄ vniuersum eodē casu vtamur sic. Duob⁹ hoībus laborē detrari. necesse est vt dicam⁹: mihi. s. & tibi: nō aūt meū & tuū. tm̄ (vt ego sentio) in gtō p̄missum est: vt affert hꝫ accusationē duoꝝ hoīm: mei & tui: siue meā & tuā: q̄le hoc loco fit: sz dicendū potius p̄ pronoia derivatiua: qz possessio siue actio significat: nō passio: q̄d ego mutatū esse nolo dicere ab ipo Aulo gel. sz a grāmatice p̄fessorib⁹ quoꝝ nihil est supcilio superbius: nihilq̄ iprobius⁹: & ad emēdādos libros vel corrūpendos poti⁹ magis audax. Preterea Plau. licentia ꝺ boꝝ pōt dici vsus in q̄ fuit plane nemo liberior. postrēo q̄d hz momēti ex vno authore: & vno poeta afferre exēplū in tanto nūero oīs gñis authorū qui adeo refugiūt dare actiuā

✠ Gellio vallense opponere videtur.

Grāmaticorū superciliū.

Plautꝰ licētiosꝰ.

significationē his quinq; gtis primitiuoꝝ: vt eos mutauerint in alteram vocē: gtis aliarū dictionum cū quibus cōiuncti erant natura repugnante minime mutatis: vt Cic. in Vatinium et Pisonem. Dico mea vntus opera rempub. esse liberatā. Idem ad Atticū. Solius enim meū peccatū corrigi nō pōt. Idem pro Murena. Ex tuo ipsius animo cōiecturā ceperis. Non dixit: ac ne dicere quidē potuisset: mei vnius opera: mei solius peccatū: tui ipsius animus. Et in plurali. Quint. Deinde quum satis vires coꝝ explorauerint / sue ipsorum fiducie permittūt: nō dixit sui ipsoꝝ fiducie. Quid multis? quū etiā apud recentiores (de xp̄ianis loquor) hoc sit obseruatissimū: vt in Psal. cxlj. & lxxij. ꝑm hebraicam veritatem: quoꝝ alter ita incipit. Dñe clamaui ad te festina mihi / exaudi vocē meā clamantis ad te. Alter sic. Audi deus vocem meam loquētis: a timore inimici serua vitam meā. Et in. lxx. ꝑm aliam e greco translationē. Dñe memorabor iustitie tue solius. Est aūt solius nō feminini generis: sed masculini: vt ex greco apparet: referturq; ad dñm nō ad iustitiā. Item li. Regum. ij. Sustulit de latere meo ancille tue dormientis. Et in euangelio Luce. Et tuam ipsius animam pertrāsibit gladius. Nec desunt quidam imperite docti: qui conant illud exponere: tuam ipsius animā aliud esse quaꝝ tui: si tui dicere liceret: hoīes ignaros nō solū theologie / sed etiā lr̄arū. Interrogēt Grecos et reperient penes eos vnde nos sumpsimus: tui esse: nō tuam: quū illi non habeant in his tribus ꝓnoībus quā nos elegantiā. Ideoq; apud eos est pater nostrū vel nostri: qui es in celis: sanctificet nomen tui: adueniat regnū tui. Fiat voluntas tui: sicut in celo & in terra. Panem nostri vel nostrū: da nobis hodie: et dimitte nobis ḋebita nostri vel nostrū: sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄i vel nostrū: que nos ne barbare loqueremur: mutauim⁹ in ꝓnoia'deriuatiua. Et quo apparet nō modo illud Auli Gellij: maiores nostri per genitiuum cōtra grammaticam verūetiam illud maiores nostrū: contra vsum esse: potiusq; in tali genere vtendū deriuatiuo nostri: q̄ primitiuo nostrū: licet hac ratione nō vteremur: nec vsq; contrariū exemplū reperire cōtingit nisi in epla quadam Cic. ad curionē sic dicentis. Eam aūt vntus tui studio me assequi posse confido: qō et sic defendi posset: studio pro gratia & fauore: vel amore aliorum erga te: vt apud Horatiū ad Junium. Ne studio nostri preces: tñ malim dicere id factum esse vitio librariorū. Ac ne semper culpā reiciā in librarios falso: dabo argumentū cur & prius & nūc merito in illos impetū faciā. In proxima statim epla legit bis tyranno. ꝑ. Lentulo: ꝑ eo qō est tribuno plebis. Et in p̄cedenti libro ad Lentulū: qui est illius operis primꝰ: bis etiā idem vitiū est in. ij. & in. xj. epla. Et quū oia vtreor (maximā enim partē vidi) exēplaria que in Italia sunt: mendosa et depravata hoc vitio essent: nullus tñ tantū vitiū animaduerterat. Itaq; sicut nūc illud emēdamus: ita hoc quoq; emēdare: & in pristinā synceritatē restituere audeamus: sic. Eam rem tuo vntus studio me assequi posse cōfido. Nec alia causa factum est: vt Teren. direrit. Saluus sum meo presidio atq; hospitis nō p̄sidio mei atq; hospitis: quē imitari petrarcha si sciuisset: nō titulum opi suo indidisset: de sui: & alioꝝ ignorantia: sed de sua. Aliud nāq; est ignorantia sui: aliud ignorātia sua. Si tñ sensit de ignorātia quā de se habuit: recte dixit. Et vulgo dicimus scio tuas diuitias qui te pauperē quereris: nō tui diuitias. Aspice liberos meos qui dicor orbus: nō mei liberos. Cernāt sua p̄dia qui mihi vnū fundū inuident: nō sui predia: vbi nō modo genus dissimile est antecedēti & relatiuo sed etiā numerus: q̄q; (qō validissimum est) ingens differētia significationis est: inter primitiua ꝓnoia & deriuatiua. Sed ista omnia fieri cogit: quod nō licet primitiuis genitiuis dare significationē actiuā: cuius rei & illud maximū argumentū & apertissimū est qō subijciam: nulli adhuc grāmaticoꝝ intellectum: q̄ dicimus mea: tua: sua: nr̄a: & vestra: ītereſt & refert: nō aūt mei: tui: sui: nr̄i: & vestri. Est aūt illud: mea: tua: sua: non ex parte ante (vt quidam volunt) sed ex parte post nō aliter q̄q; quum dicimus. Hoc interest illius: quasi hoc est officiū illius: ita hoc interest mei: si liceret mei aliter accipere q̄q; possessiue. Hūc dicimus mea in voce passiua: sed ita tamē: vt sit primitiuum et substantiuū: et non adiectiuū. Deniq; ita ac si diceremus mis regi ex parte post: atq; ideo hoc verbū habere ante se ntm̄: sicut sum es est: sed in neutro genere: quis dubitet quū oīa sint plena exemploꝝ? Cicero pro plācio. Si quid mea minus interest: id te forte magis delectat. Et pro eodem. Nō solū quid cuiq; debeam: sed quid cuiusq; interſit: et pro Sylla. Vestra enim qui cū summa elegantia et integritate: vixistis hoc maxime interest. Et pro lege Manilia. Illud primū parui refert: vbi etiam dicere possemus. Id mea parui refert: sed hoc nihil ad presens tempus. Hec omnia resoluūtur in verbū substantiuū: hoc modo. Si quid minus meum est. Quid cuiusq; est vestrū / hoc est maxime: illud parui momenti est: vt appareat non differre naturam verbi substantiui: & horum duoꝝ impersonalium verborum: nisi q; illud naturaliter nominatiuum post se postulat: hoc genitiuum: sed actionis siue possessionis more verbi substantiui. Et hoc in ceteris nominibus et pronominibus nihil dubitationis habet: quorum genitiui actiue: passiue: possessiue: et si quis est alius modus: accipiuntur: mei aūt tui: sui: diuersam naturam habent. Quid igitur faciendū erat? Hec passiue accipiuntur: non actiue: nec possessiue. Illa verba volunt post se genitiuum actiuum siue possessiuum. Banda ergo fuit vox possessiua pro significato primitiui: non genitiuus possessiui: qui idē

meavnius meūsolius tuoipsius.

Sueipsorum.

Meā clamantis.

De genitiuo solius meo dormientis. tuāipsius.

Dam natvalla quorūdā expōem.

Wenda librariorum.

meo atq; hospitis Petrar. insciția.

mea: tua sua: refert: īterest.

Refert & interest cūsupposito.

Cur absi quis est alius modus: accipiuntur: mei aūt tui: sui: diuersam naturam habent. Quid igitur faciendū erat? Hec passiue accipiuntur: non actiue: nec possessiue. Illa verba volunt post se genitiuum actiuum siue possessiuum. Banda ergo fuit vox possessiua pro significato primitiui: non genitiuus possessiui: qui idē

femi. genitur & iter est regāt

erat qui est primitiui: sed ablatiuꝰ qui natura genitiuo est simillimus. Et in genere femi nino: vel tanꝯ triũ generum medio: vel suauitatis gratia: ne durum videretur meo / tuo suo / nostro / ꝛ vestro. Jdeoꝯ hi ablatiui iungi sibi patiuntur adiectiua illa tanꝯ actionẽ possessionemꝯ significantia in genitiuo: vt supra demonstrauimus. Sic mea solius interest: tua vnius refert: sua ipsius interest: nõ mei solius: tui vnius: sui ipsius: nisi in alia loquendi figura: de qua mox subijciam: vnde maxime palam fit nunꝯ hos genitiuos sumi nisi passiue: vt habeo curam mei solius: non meam solius: habeo curam tui vnius: nõ tuã vnius: vnusquisꝯ curam gerit sui ipsius: non suam ipsius. Cur ita? quia passio hic significatur: vbi superius vel actio vel possessio. Cuius rei vnum exemplum sufficerit ex Terentio. Hem tot mei solius solliciti sunt causa: vt me expleant. Et planum quidem iam fecimus tres genitiuos / mei / tui / sui / passiue semper poni: meus / tuus / suus / plerumꝯ possessiue. Jdeoꝯ quum vtendum est illis primitiuorum genitiuis / mutari sonũ de i in a. Hũc aliqua addenda sunt de iis dictionibus que legitime contunguntur cũ huiusmodi pronominum genitiuis: nec enim omnes possunt. Ante omnia nullũ substantiuũ in consortio suo sustinent. vt Fili noli domo recedere respectu mei patris. Quod non tam placuisse Prisciano reoꝛ qꝫ per imprudentiam esse lapsum: qum dicit: mei Prisciani eges: tui Prisciani egeo: ꝛ alibi. Ego Vergilius: tu Verg. ille Ver. mei vergilij: tui Vergilij: illius Vergilij. Hec enim oratio declarat meum Pris. Vergiliumve: aut tuum nõ me Prisc ianum Vergiliũve aut te: nõ aliter qꝫ si dicas. Eges mei patris: egeo tui domini: quod profecto non est primitiuorum ab eo quod est ego ꝛ tu sed derivatiuorum ab eo qꝺ est meus ꝛ tuus Neqꝫ discrimen facit: q hic appellatiuũ nomen est: ibi proprium. Verg. Si qua tui Troi donis hꝫ te cura venito. et alibi. Aenee mihi cura tui. Et iterũ Aeneeqꝫ met. Que a meꝰ / tuus: non ab ego / tu veniunt. Jtaqꝫ sic emendemus Priscianum: qui quum de lingua latina componit: antiquitatem omnem corrigens nomen suum latine proloqui nesciuit. Mei qui sum Prisc ianus eges. Tui egeo q Prisci.es: vel me Prisciano eges: te Prisciano egeo vel tui: vel te Pris. egeo. Nam illud apostoli ad Cor. Salutatio mea manu Pauli: e greco est sumptũ. ὁ ἀσπασμος τῃ ἐμῃ χειρι παυλου. Tertium vero exemplũ quod idem protulit Illius Prisciani eget: recte dicitur. Non habent enim cetera pronomina ancipitem naturam: vt illa tria de quibus dixim⁹ Adeoꝯ verũ est hos ipsos genitiuos respuere consortium substantiui: vt ne in possessiuorum quidem forma illud pati velint. Vidimꝰ licere dicere meam vnius operam: tuũ solius studiũ. non tamen dicemus / meũ Laurentij studiũ: suũ Prisciani prediũ: sed meũ studiũ qui sum Laurentius: prediũ suum q̃ est Prisscianus. Neqꝫ tamen ob id excludo si genitiuos hos passiue accipiamus eo modo quo exẽplũ ponemus. Nã (vt superius docui) aliquãdo duos genitiuos: alterũ actiue: alterũ passiue positũ videmus vna iũgi: vt quid de P. Licinij Crassi iuris ꝛ ciuilis et pontificij studio loquar? Jta fit in pronoie: vt ideꝫ author ad Atticũ. Fuit mihi laudis nostre gratulatio tua iocũda: ꝛ timoris consolatio grata. Et iterũ. Uehementerqꝫ tua sui memoria delectatur. Quod si igitur hec pronomina siue in genitiuo passiue: siue mutata in vocem possessiuorũ actiue non admittũt genitiuos substantiuorũ: nũquid admittũt omniũ adiectiuorũ? Non opinor: sed proprie solorũ participiorũ: participialiũ qꝫ gerũdiuorũ: ꝛ frequẽtissime illorũ trium (vt quidam volũt) pronominũ vnius / solius / ipsius / ꝛ si que alia: que rara sunt: de q̃bus mox dicam. Per genitiuũ cũ participio. Cice. ad Lentulũ. Quocũqꝫ tẽpore mihi potestas presentis tui fuerit. Per femininũ: sed cum gerũdio. Qui. heroidum. Copia placande sit modo parua tui. Per vocem mutatam in possessiuũ. vt apud Ciceronem Cato. Libenter facio vt tuam virtutem innocentiam / diligentiam / cognitam in maximis rebus domi togati: armati: foris pari industria administrare gaudeam. Cicero de oratore. L. Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanũ contulisse. sed hoc gerundiũ est: ꝛ ea exempla q̃ supra attuli: quorum vnũ fuit. Sustulit de latere meo ancille tue dormientis. ad quod pronomen malo referri illud dormientis: qꝺ est adiectiuũ: qꝫ illud ancille: qꝺ est substantiuũ: ita vt si abfuisset participiũ: vix tolerabile fuit futurũ: quale Boet. Solant̃ mesti nũc mea fata senis. Quint. solet etiã omittere ꝓnomen. vt Accepi fateor illũ qui solutꝰ quoqꝫ nõ sequebat̃: q̃ non gaudiũ redemptionis: non letitia p̃lati: nõ hortãtis erexit p̃is amplexus. Et in eodẽ li. Rus: seruulos: penates: ꝛ omnia vtiliora properãti festinatione parẽtis addixi. Omisit sui: vt esset non letitia sui p̃lati: ꝛ meus: vt esset non meus hortãtis amplexꝰ. Et iterũ mea: vt esset quoqꝫ festinatione mea parentis. Poete etiã frequẽter. Qui. heroi. Deniqꝫ q̃squis erat castris iugulatꝰ achiuis. Frigidiꝰ glacie pectꝰ amãtis erat. i. meũ amantis. Jdẽ. Illa meis oculis species abeũtis inheret. Quũ p̃meret portꝰ classis itura meos. Ausus es amplecti: colloqꝫ infusus amãtis Oscula p longas iũgere p̃ssa moras. i. tua abeũtis: ꝛ mea amãtis Jdẽ in eodẽ opere: sꝫ inusitatiꝰ. Et flesti: ꝛ nostros vidisti flẽtis ocellos. Nos dixit pro meos ꝛ flẽtis p flentũ. Est em̃ illud flentis gtũs singlis: non actũs pluralis: qꝺ accẽtus ꝓbat quũ tales acti habeãt vltimã longã: q̃ hic nõ est. Hoc dixit: qꝛ quidam hunc locum exponunt per accusatiuum. Illa diuersitas numerorum / meos siue nostros amantis: vix alij quam poete permissa est. Postremo hec

Attẽde quũ passio sigt.

Mei tui sui primitiua substantiua respuũt.

♣ Prisc. nomen suũ latine ploq̃ nesciuit.

Mei qui sum ꝛc. respuũt genitiuũ p primitiuis

Mei tui sui ꝛc. cũ adiectiuorũ genitiuis.

pronomina:siue in primitiuoꝝ genitiuis:siue in possessiua voce (vt dixi) maxime gaudent illis tribus solius:vnius:ipsius:quoꝝ multa exẽpla tã protuli. Nec ab re fuerit sicut vnius: ita duorum:trium:quatuor posse dici. Item omniũ cuiusqꝫ:plurium:ꝛ si qua adhuc sunt: vt vestram duorum vestrã trium:vel vestram omnium operam desydero:pro vestrum. Cic. de oratore li.iij. Sed voluntati vestre omniũ parui. Cuiusqꝫ aptius cum pronomine sui sine suus coniungitur: vt vellem nosse que sit sua cuiusqꝫ sniã:non sui cuiusqꝫ. Brutus ad Cice. Qui vestris paucoꝝ respondeat laudibus:pro vestrum. Verum iam huic questioni finem imponamus.

Cuiusqꝫ

Uestris. paucoꝝ.

¶Epitome capitis.xxxix.

¶Meme ꝛ tutu semp figurate:ꝛ vbi pathos est dicuntur:tete frequẽter:sed etiam citra figuram:sicut ꝛ sese frequentius.

Annotata. c. xxxix. et xl. vide ad finez huius secundi. Meme. Tete. Tutu. Sese.

+ ¶De meme/tete/tutu/sese. Cap.xxxix.

Eadem hec tria pronomina geminari etiam solent: priora quidem per figuram:meme tete. Tertiũ sine figura. Vergi.in.ix. Meme adsum qui feci in me conuertite ferrum. O rutuli. Et in xj. Meme duce ferrũ Corripite o Rutuli. Et in xij. Verte oẽs tete in facies. Sed hoc videri potest esse sine figura. Non eñ est ita acre ꝛ ardens:vt apud Quinti. Tete hoc loco mulier interrogo. In nominatiuo plane semper figuratum est:vt Cice.in Antonium. Tutu faces illas incendisti. Sese vt dixi nũqꝫ figuratum est:vt idem. Hic viri fortissimi sanguinem aspersus: sceleratam gratulantibus manum porrigẽs in templum Iouis contulit sese:id est se.

¶Epitome capitis.xl.

¶Nostras/vras/ꝛ cuias:nõ tm patriã nationemqꝫ innuũt:sed etiã partes:ꝛ quasi sectã.

¶De nostras:vestras:ꝛ cuias. Cap.xl.

Nostras Uestras. Cuias.

Nostras vestras et cuias non tantum patriam nationẽqꝫ innuunt: sed etiam partes et quasi sectam: vt nostrates philosophi non sunt ita populares et fauorabiles vt vestrates: qui ab Epicuri schola prodierunt et Cuiates philosophi vos estis? Stoici ne: an Academici:an Peripatetici:an nostrates Epicurei? Cicero. Putares ne vnqꝫ accidere posse vt mihi verba deessent: non solum ista vestratia oratoria:sꝫ hec etiã leuia nostratia.

♣ Cuiates philosophi. i. cuius secte vl parentis.

¶Epitome capitis.xlj.

¶Hic:iste:et ille:cum suis condeclinijs et aduerbijs hoc differũt:quod hic ad primam personam: iste ad secundam: ille ad tertiam remotam:scilicet ab vtrisqꝫ spectat. Solet eñ fere contingere vt hic:hec:hoc: sint loquenti vicina. Iste:ista: et istud:ei ad quem loquitur. Et ille:illa:illud:ab vtrisqꝫ distantia. Ille preterea significat nobilitatem. Ipse prestantiam et exclusionem minorum. Iste contemptum minorum.

¶De iste ꝛ ille. Cap.xlj.

Iste et ille (si audire Priscianum volumus) hoc differũt: quod iste spatio propinquiore:ille autẽ longiore intelligitur. Cuius auctoritas plurimos in errorem induxit: qui pro istud dicunt illud. Veluti si ad hominem longe positum scribas. Si quid noui in illa vrbe est mihi notum facias pro eo qõ est in ista vrbe:quod nõ mediocre peccatum est. Nam de me loquẽs dicere debeo:hoc caput: hec manus:hec ciuitas. De te vero:istud caput:ista manus:ista ciuitas. De tertia autem persona:illud caput illa manus: illa ciuitas. Cicero in Antoniũ. Remoue paulisper istos gladios. Et eodem li. Tu istis faucibus:istis lateribus:ista gladiatoria totius corporis firmitate tm̃ vini i Hippie nuptijs exhauseras: vt tibi necesse esset in ꝓspectu ppli Ro. vomere postridie: hoc est istis tuis faucibus: istis tuis lateribus:ista tua firmitate. Vñ nascunt aduerbia istic:istinc:istac:istuc:istorsum:isto: vt idem ad Lentulũ. Qui istinc veniunt aiũt te superbiorem esse factum. i. qui ab ista prouincia in qua agis huc in Italiaꝫ Rhomãqꝫ veniunt. Aliquando tñ iste accipit pro hic:vt idem et in eũdem. Cum isto tẽpore stent cum gladijs armati. Et Quinti. Iuuenis iste:de quo summa in rebus humanis monstra finguntur. Et iterum. Hic iuuenis patris sui heres solus inuentus est. Ille quoqꝫ nonnunqꝫ per dignitatem aut per eminẽtiam ponitur: indicans esse:quod omnes debeant nosse:vt Alexand. ille magnus:ille Censorius Cato: Architas ille Tarentinus.

Aduerbia a pronoĩb⁹ deriuata Ille p dignitatez ponitur.

+ in meme et tete est figura epicenis. nam figura epicenis est eiꝰ dem verbi sine elongatione repetitio

¶Epitome capitis.xlij.

¶Hic sepe de spatio propinquiore:is de remotiore intelligitur: vtrũqꝫ autem continue post relatiuum subiungitur: vbi ille a quibusdam minus venuste positum reperitur: vt in hoc locutionis genere. Qui prefert virtutem diuitijs: is sane fortis est: vel hic sane fortis est. Non ille sane fortis est. Vtrũqꝫ quoqꝫ tam hicqꝫ is:sed concinnius is: cum copulatiua coniunctione antecedentis qualitatem specificat hoc pacto. Vestis modica ꝛ ea detrita: vel et hec detrita. Idem accipi solet pro etiã: refugitqꝫ post se coniunctionem ꝛ quam simplex recipit. Ad hoc pro preterea nõ inuenuste capitur. Exempla in textu patent:preterqꝫ vbi hic de propinquiore: is de remotiore intelligitur. Poterit autem dari tale. Si quam rem hic tibi vtilem inueniſti hac vtere:si quã in agro:vtere ea. Item. Domi et foris sollicitor:hic a meis:ibi ab hostibus.

Hic ꝛ is

¶De hic:is:idem:ꝛ adhoc. Cap.xlij.

Hic et is habent potius illam de qua modo memini Prisc. differentiã. Vt hic spatio propinquiore:is vero longiore intelligatur: Hic ꝛ is multis tamẽ in locis vtrumqꝫ locum habet: vt qui prefert virtutem diuitijs: hic et is is sane fortis est:vel hic sane fortis est:vel per vsurpationem compositionem:vt quecũqꝫ mulier adultera: tio.

pronoĩm

eadem venefica est: ⁊ fere per hec duo pronomina licet sic loqui: nec per vlla alia: licet poete vtantur ille pro is: q; amborum eadem pene significatio est: vt Horat. de arte poetica. Qui didicit patrie quid debeat et quid amicis. Quo sit amore parens: quo frater amandus ⁊ hospes. Quod sit cõscripti quod iudicis officium: que partes in bellũ missi ducis: ille profecto. Reddere persone scit cõuenientia cuiq;. Quare sanctis viris e Greco transferentibus sic permittamus dicere. Nõ q̃ seipsum cõmendat: ille probatus est: sed quem deus commendat. Possunt autẽ hec eadem duo de quibus loquor pronomina: ⁊ alio modo vsurpari: vt Alexander paruis copijs fretus superauit Darium cũ infinito exercitu: et id in adolescentia: vel hoc in adolescẽtia. Itẽ et hoc modo. Pauca vestis: ⁊ ea detrita ⁊ sordida: potius q̃; ⁊ hec. Paucis nummis superbit: nec ijs suis: sed aliũde corrogatis: potius q̃; ⁊ his. Idem q̃ est ab is cõpositum: quasi: pro etiam poni solet: vt Cicero. Et huic coniuncta est beneficentia: quam eandẽ vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. i. quam etiã. Quint. Si causam veneficij dicat adultera: nõ Marci Catonis damnata iudicio videtur: qui nullã adulteram nõ eandem esse venefican dixit. In hoc pronomine idẽ/ adnotaui quiddaz dissimile ab is. Ibi potest addi copulatiua: hic nõ potest: q̃ tamẽ affirmare non ausim: vt Quamcũq; in sedem migrat apium rex in eam ⁊ apes ipse comitãtur. At si dicam in eandem: tollã copulatiuaz: sic in eandem apes ipse comitantur. Nam idem habet in se velut vim copulatiue. Hoc cõpositum cũ prepositione ad/ significat preterea: vt apud Sallu. Cognoueram paruis copijs bella gesta cũ opulẽtis regibus: ad hoc sepe fortune violentiam toleraſſe: facundia Grecos: scia belli Gallos ante Romanos fuisse.

¶ Epitome capitis. xliij.

¶ Instrumentum quodlibet in septimo casu ponemus sine prepositione: cũ qua nõ instrumentum: sed comitẽ: aut cõcomitantiam denotat. Septimum casum vocant ablatiuũ rectum: neq; vi nois: neq; vi verbi: aut aduerbij: neq; vi prepositionis: vt instrumẽti: et qui in designatione sequele ponitur. Octauũ vocat niger datiuũ localem: vt inferretq; deos Latio. i. in Latiũ. Exemplũ de comite: vt rex intrauit cum multo exercitu: de cõcomitantia. Rex acceptus est cum mira beneuolẽtia. Diri quodlibet instrumentũ: vt Coercuit miles armis: orator verbis: cõscientia rubore.

¶ De cum prepositione. Cap. xliij.

Cum. Casus septimus Cũ dicim⁹ hasta percussus cur abla

Cum prepositio per appositionem non iungit rei notanti instrumẽtum: sed comitem: ⁊ hoc est quod Quinti. ait: vt queramus nunq̃d apud nos sit vis quedam septimi casus: et apud Grecos sexti. Nam inquit quũ dico hasta percussi: non vtor ablatiui natura. Nec si idem grece dicam datiui: ppter quod

Seruius et quidam alij plane affirmant esse septimum casum. Quod autem non vtamur ablatiui natura: hãc causam existimo: q; ablatiuus aut vi nominis regitur: aut vi verbi: aut aduerbij: aut postremo intercedente ꝓpositione: quorũ nihil hic fit: nisi volumus errorem quorũdam sequi: qui subintelligũt prepositionem cũ. Et quomodo subintelligi potest: que ne poni quidem potest? Hã percussi cum hasta: inauditũ est. Instrumentũ enim percussionis hasta est. Peccauitq; nõ incelebris huius etatis vir qui scripsit. Gladiũ qui cum se percusserat edurit. Percussit igit gladio nõ cũ gladio. Impulsi te pugno: nõ cum pugno. Video te oculis: nõ cũ oculis. Tango te manu: non cũ manu. Deleuit epistolam lachrymis. Absterſit sordes aqua. Siccauit cretam: liquefecitq; cerã igni: non aũt cũ lachrymis: cum aqua: cũ igni. Sed hoc fefellit: q; aliquãdo illa prepositio videri possit iuncta nomini instrumentum significanti: vt acceptus est a nobis cũ honore. Magna cũ beneuolentia scripsit. Cum mira affabilitate me allocutus est. Cũ dira truculentia me aspexit. Verũ tamen hi ablatiui nõ instrumentũ significãt sed comitem. Si quidẽ acceperunt me hoies instrumẽto corporis: nõ honoris: sed honore comite. Scripsit ministerio manus: nõ beneuolentie: sed hac socia. Allocutus est lingua operatrice affabilitate pñti. Et aspexit instrumento oculoz truculentia suffusoz: que nihil facit ad ipsam inspectionem: sed oculi. Sunt qui velint Prisciani sensisse cũ hasta pcussi: dici posse: vel hanc prepositionẽ subintelligi. Ego vero affirmo neminem antiquorũ neq; protulisse hanc: neq; subintellexisse.

¶ Epitome capitis. xliij.

¶ Circiter nõ tantũ ad tempus: sed etiam et quidem frequentius/ ad numerũ: ⁊ nõnunq̃ ad locũ spectat. Quia vero accusatiuo deseruit: non plenũ videtur exemplũ: circiter duũ miliũ militũ: nisi subaudiaf numerũ. Lassius autem aduerbialiter posuit: sicut ⁊ circa ⁊ circum poni solent pro in circuitu. Quoquouersum. i. quocũq; versum.

¶ De circiter. Cap. xliiij.

Circiter Prisciamus inquit: ad tempus solũ pertinet: vt circiter calendas Januarias. Immo ⁊ quidẽ frequẽtius ad numerũ: vt circiter duũ miliũm militũ: circiter decẽ milliariorz. Sed aliq̃n etiam ad locũ: vt Lassius Emina. Lapidem fuisse quadratũ circiter in media arce iunctũ candelis quoq; versum.

¶ Epitome capitis. xlv.

¶ Uersus semper fere postponit: sicut tenus frequenter: ⁊ vsq; nõ raro. Dicitq; põt etiã versum: vt quoquouersus ⁊ quoquouersum: aduersus ⁊ aduersum. Addi põt q̃ dum appellatiuis iũgitur: prepositionem alterã admittit: vt in forũ versus: apud Ciceronem in Lelio. Dixi fere semper: propter hec Manci. verba. Uersus euphonie gratia q̃nq; preponitur

tiui natura nõvtamur.

Cũ auferẽdi casibus coniũctionẽ significatibꝰ adiũgitur.

Uersus.

Sursum Uersus. Uersum.

Quoq; uersus. ꝓsus dictio quia non reperit numerata int ꝓpositiones. Usq;.

Circiter

Calepi.

Tenꝰ.

Manci.

potius. Hinc lib. j. de lingua latina. Varro dixit. Cliuus proximo ad florales versus Capitolium vetus: qđ quidem euphonie gratia factum esse apparet. Hec ille. Nam capitoliū vetus versus duriter sonet. Si ergo semel dūtaxat: euphonie gratia factū est: bona est Vallidq; euphonie gratia factū est: bona est Valle preceptio.

Capūm. xlv.

¶ De versus.

Uersus. Versus contra naturā prepositionis semper postponit: vt Italiā versus Megaram versus. Liui. Duo Romana vno loco ppius Albam: tria Albana Romam versus. Sallu. Deinde phi lenorum are: quem locū Egyptum versus finem imperij habuere Carthaginēses. Cice. de diuinatione. Qui quum exercitu lustrato Aretium versus castra mouisset. Sursum siue sursum versus frequēter legimus: nōnūq; dicitur versum: sicut aduersum. Nam ita versus sicut aduersus. Unde quoquouersus et vtroq; versus. i. in vnāquamq; partem: et quocunq;: et in vtrāq; partem: et deorsum versus. Atq; nescio quomodo nō reperio hanc inter prepositiones esse numeratā: an q; postponitur: et nō preponit: Pe tenus quidem prepositum solet: de qua nūc dicam: et tū est prepositio. An q; prepositionis vice non fungitur: quoties alia adest prepositio? Ut ad occidentem versus: quo quidem modo aduerbium est: vt vsq; que et ipsa sic aliquādo in oratione colloquatur: vt ad occidentem vsq;.

Sursum Uersus. Uersum.

Quoq; uersus. Vsus dictio quanon reperit numerata int pposition nes. Usq;.

¶ Epitome capitis. xlvj.

¶ Tenus prepositio ablatiuo deseruiēs: tūc legitime genitiuo deseruit: q̄ significat res geminas: aut singulari caret: significatq; tenus vsq; ad: aut non vltra. Ut pubetenus. i. vsq; ad pubem vel ad pubem vsq;: sed exēpla in textu satis patent. Calepinus dicit apud Flaccum in Argonauticis cū accusatiuo cōstrui. Et Tanain tenus immenso descēdit ab euro. Vultq; in plurali gtō iungi etiam nō geminorum: vt apud Curtiū. Pauci hostiū tenus exacti penetrauere ad portū. Vult pterea absolute poni apud Horatiū in epistolis. Est quiddā prodire tenus si non datur vltra. Sed illic non quidem: sed quoddam legendum esse: et metrum et sententia docet.

Calepi.

Capūm. xlvj.

¶ De tenus.

Ten⁹. Tenus (vt dixi) semp postponit: atq; in singulari vtiq; cū ablatiuo: vt hactenus: quatenus: verbotenus: capulotenus. In plurali vero cū genitiuo etiam non solū cū ablatiuo sed quātum ego sentio: cū genitiuo: tunc autē necessario: quum venustius fit: presertim more grecorū: quū res est vel gemina: vel numero singulari carens: neq; hoc apud poetas modo: sed etiā apud Oratores. Uerg. Crurū tenus hispida nāti. Et iterū. Et crurū tenus a mento palearia pendēt. Quin. in li. xij. Sed ille vir bonus qui hec nō vocibus sibi tūm nota: atq; noibus aurium tenus in vsum lingua perceperit: sed qui virtutes ipsas penitus mēte cōplexus ita sentiet. Celius. Nam et illi rumores de comitijs transpadanor cum arū tenus caluerunt. Curtius. Pauci hostiū tenus exacti penetrauere ad portum. Est aūt significatio vsq; ad. Umbilico tenus vsq; ad vmbilicum. Aethiopia tenus. Nilo tenus: vsq; ad Aethiopiam et Nilum. Aliq̄n etiā p nō vltra: vt gessit consulatum titulo tenus. i. nō vltra q̄z titulo: cuiusmodi nōnulla ex superioribus exēplis sunt. Prepositionis tenus significatio.

¶ Epitome capitis. xlvij.

¶ Pridie et postridie cū genitiuo cū accusatiuo construi possunt. Causa videtur: q̄ nomen et prepositionem includūt. Nam vt dicetur ca. lxx. pridie est die qui pridē seu qui ante et postridie postero die qui post. Quum ergo dico: pridie nonarū: idem est ac si dicam: die qui prior est die nonarū: quū vero pridie nonas: die qui preit nonas seu q̄ est ante nonas. Uñ tertio nonas: est quasi tertio die ante nonas: inclusiue tū vt dies nonarū sit vnus e tribus. Quum vero dico: postridie nonarū: idē est ac si dicam: postero die a die nonar. Quū postridie nonas: die post nonas proximo. Ceterum quod Cice. in epistola ad Tironem dicit. Menādrius postridie ad me venit q̄z expectarem: videtur postridie significare vno die posterius.

Pridie. Postridie.

¶ De pridie et postridie aduerbijs. Ca. xlvij.

Pridie et postridie quemadmodum tenus genitiuo seruiunt: et nōnunq; etiā accusatiuo: vt pridie illius diei: postridie nonarū decembriū. Cice. ad Atticum. Pridie cōpitalia memento. Titus Liuius lib. vij. Etiam postridie idus rebus diuinis supersederi iussum. Inde vt postridie calendō. ac nonas eadē religio esset traditum putant. Idem lib. xlix. Pridie parilia medio ferme die atror cū vento tēpestas coborta: de q̄ vide plura infra in nudiustertius.

¶ Epitome capitis. xlviij.

¶ Hei et ve dativū: heu exprobratiue actm alioq̄n etiā ntīm regit: heu heu seu eheu absolute ponit: heus cū vocatiuo. Procul etiam actō iungit: sed et cū ablō sine aut cū prepositione. Exēpla patent in textu de heus q̄ adiecimus: estq; vocādi aut reuocādi aduerbiū vt Heus iuuenes. Primo Enei. Procul cum ablō: vt pculdubio. Uñ Manci. dicimus q̄z pculoceano et pculab oceano. Pli. em li. v. c. x. de Nilo itaq; inqt Origenē (vt Juba rex potuit exq̄rere) in monte inferioris mauritanie nō pculoceano hz: Et Phedra ouidiana ait. Sunt pcul a nobis iuuenes vt femina cōpti. Catull⁹ itē. Procul a me tuus sit furor ois hera domo. Hec ille. Ponit etiā absolute: vt in Buco. Serta pcul tūm capiti delapsa iacebāt.

Procul. Manci.

¶ De hei: heu: et heuheu: ve et pcul. Ca. xlviij.

Hei. Et quoq; et heu simile quid obtinēt: et tūm alterū datiuo: alterū actō iungitur: vt Hei mihi qualis erat quantū mutatus ab illo Hectore. Ter. Heu me miserū. Et fere cū hmōi pronoibus. Nam Heu cū alio noie frequētius per exprobrationem:

Heus.

vt Uer. Heu stirpem inuisam. Et Plinius li. vij. Heu demẽtiam ab his initijs existimantium ad superbiam se genitos. Aliqñ etiam cũ nominatiuo: vt idem Uergi. Heu pietas: heu prisca fides. Terẽ. in Adelphis. Heu misera. Illud vero in psalmo. Heu mihi q̃ incolatus meus prolongatus est. Nescio an vitio factum sit librariorum. Quale illud in Euangelio. Ascẽdit in arborem sycomorum: quia inde erat transiturus: quod scribendum est illac. Et illud ad Romanos. Tu autem quũ oleaster esses insertus es: pro insitus. Et in actis apostolorũ. Egressi fuimus foras portã iuxta flumẽ: pro extra portã. Eheu nulli casui seruit. vt Uerg. in buco. Eheu quid volui misero mihi. Ue quoq; datiuo. Mar. Carpere causidicus fertur mea carmina: q̃ sit Nescio: si sciuero: vetibi causidice. Hec appelles siue aduerbia siue interiectiones. Nã hanc inter partes orationis nõ numero: siue etiã prepositiones. Procul apud quosdam casui seruit: vt apud curtium. Procul vrbem.

Heu cuz nominatiuo.

Mẽda i sacris literis.

Eheu nulli casui seruit Uc.

Procul.

¶ Epitome capitis. xlix.

¶ Aduerbia cõparatiua z superlatiua a prope: preter casus gradui debitos / regũt aut datiuum nominis prope: aut accusatiuũ prepositionis.

Prope.

¶ Regũt enim deriuatiua fere suoz primitiuorũ casus. Prope autez sepe aduerbialiter z ita absolute sumitur: habẽs accentum in vltima: sed habẽs eũ in prima: aut nominaliter sumitur cũ datiuo: vt prope est dñs omnibus inuocantibus eũ. Hinc Maro in Geor. Propius stabulis armẽta tenerẽt. Et Comicus in Andria. Proximus suz egomet mihi. Prope aũt prepositio accusatiuũ vult: vnde propius vbẽ: z proximus Pompeium sedebam dixit Cicero: z q̃z proxime hostẽ. Sicut Liuius: vt cap. xlv. vidim⁹ propius Albã.

¶ Quedã aduerbia cõparatiua superlatiuaq; regere accusatiuũ. Cap. xlix.

Comparatiua aduerbia z superlatiua preter suã constructionem ablatiui z genitiui: vt scribo melius te: z optime omniũ: aliqñ seruiunt accusatiuo: vtiq; ea que a prepositionibus veniũt illarum naturã seruantia. Cice. ad Octauianum. Cur castra medio itinere lõgius aduersariorum castris: z propius vrbem moueremꝰ? Idem ad Atticum. Tamẽ esse officiũ meum putaui exercitum habere q̃z proxime hostem. Sallustius. Proxime Hispantã Mauri sunt. Neq; hec regere possunt datiuum: vt Prisciano placet: quale vult esse. Quum propius stabulis armenta tenerent. Datiuus hic nõ regitur natura cõparatiui: sed ipsius nois: non aliter q̃z si dicaz. Nauigo te ꝓpinquius terre. Et quoniã ipsa rei serie quedã de complexu orationis dicere incepimus: iam de hoc ipso disseramus: simulq; de natura indeclinabilium dictionum quarũdamq; aliarum: ab eo potissimũ incipientes quod huic loco simillimum est.

¶ Epitome capitis. l.

¶ Ro tribus casibus iungitur: noiatiuo: accusatiuo: z vocatiuo: sed cum accusatiuo prefertim si exprimitur vehemẽtẽ significat excandescentiam / animiq; affectionem: que eo suppresso: minor est: sicut cũ particula Hui. Ponitur enim interdũ accusatiuus ab O subintellecto rectus: vt in textu. Hominẽ te patientem ꝛc. Ubi ceterorum quoq; sunt exempla. Illud. O fortunati: est in primo Eneid. sed O fortunatos est in secũdo Georg. Hui tam graues rastros queso. in Heauton.

¶ De O prolata vel omissa. Cap. l.

O Fortunati quorum iam menia surgunt Eneas ait: z alibi. O fortunatos nimtũ bona si sua norint Agricolas. Hic accusatiuus est: ibi vel nominatiuus: vel vocatiuus esse potest. His enim tribus casibus indifferenter authores vtuntur. Cice. O variam volucrẽq; fortunã. Neq; hoc in tertia persona tãtum: sed etiã in prima z secunda: vt idem. O me miserũ. O te infelicem: etiam nõ appositio pronoie: vt idẽ. O miserũ et detestabilem hoiem: si hec ignoras. Idem. O te miserũ. O te infelicem / que exclamatio ad oẽm affectũ conuenit: vel miserationis: vel indignationis. Siti modo intõ et vctõ: vt idem. O fortunata mors: que nature debita pro patria est potissimũ reddita. Et iterũ. O magna vis veritatis: que contra omniũ ingenia: calliditatem: solertiã: contraq; fictas hoim insidias: semper se ipsa defendit. Idem. O nox illa: que pene eternas huicvrbi tenebras attulisti. Et iterũ. O none ille decembres: que me consule fuistis. Aliqñ ab illo supersedemus vtiq; in re leuiore: neq; ita magni caloris: vt indignũ facinus: et hominem neq; qui nõ dubitaret vel in foro alea ludere: vel cũ lege de alea cõdemnatis. Ciceronis verba sunt in Antoniũ. Et Plinius iunior ad Octauiũ. Hominem te patiẽtem: vel potius durum ac pene crudelem: qui tam insignes libros tã diu teneas. Quod si excandesceremus: dicendum esset. O hoiem neq;: et o hominẽ patientem. Aut sine indignatione: vt apud Ualeriũ maximũ li. iij. Sed mihi vti ista conditione vite nõ est opus: sine vllis imaginibus nobilem animũ. Aliquanto hoc remissius est: q̃z si dixisset. O animũ sine vllis imaginibus nobilem. i. sine maiorũ nobilitate nobilem. Ideoq; Terentius leuioris caloris interiectiõe vsus est. Hui tam graueis rastros queso: sed hoc simile eius speciei: cuius mentionem modo faciam.

O interdũ nõ exprimit: z ꝓcipue in re leuiore.

¶ Epitome capitis. lj.

¶ In locutionibus pathos seu affectionem habentibus sepe ponitur accusatiuus cũ infinitiuo suppressa particula qui cũ infinitiuis construatur. Ut. j. Enei. Nec ne incepto desistere victam. Subaudi: equũ: aut decens: aut dijs placituz: aut tolerabile est: aut decet: aut oportet: aut quid simile. Et quod Suetonius memorat de Cesare recitatũ. Nen seruasset: vt essent qui me perderẽt: subaudi decuit: vel oportuit:

oportuit:vel conueniens seu expediens fuit. Et est aposipesis: id est reticentia commotis animis apta. Unde dicimus in locutionibus pathos seu affectionem habentibus ꝛc.

¶ De me cum infinitiuo ꝛ actō. Cap.lj.

Uergi. Licero i Bruto. ♣ quid subintel igaī i su plorūᵍ locutionibus.

ME ne incepto desistere victam. Nec posse Italia Teucrorum auertere regem:et iterū. Mene Iliacis occūbere campis. Non potuisse: tuaq; animam hanc effundere dextra? Hec Uergil. Ad Terentiam autem Licero. Mene miserum in tantas te calamitates mea culpa incidisse. Et iterum in Bruto. Tum Brutus admiratus tantam ne fuisse obliuionem inquit: in scripto presertim:vt ne legens quidem senserit q̄tum flagitij commisisset? In his omnibus placet mihi subintelligi: vere ne ita est me non posse auertere Italia regem Teucrorum? ꝛc. Plinius iunior ad Adrianum. Hominem ne Romanū tam Grece loqui:id est: vere ne ita est: vel oportuit ne: siue oportet? Terētius in Andria. Seruon fortunas meme commisisse futili?

¶ Epitome capitis.lij.

Hem er probrātē īdicat affectū:ecce demōstrantē.

¶ Hem:en:ꝛ ecce:nominatiuo ꝛ accusatiuo iunguntur:sed hem nō nisi apud poetas precipue Comicos:en ꝛ ecce:etiam apud oratores:tam indicando q̄ exprobādo:sed frequētius in nominatiuo. Usq; adeo vt ecce in psa rarissime cum accusatiuo reperiatur: q̄uis per compositionem dicamus eccum: eccam eccos eccas:id est ecce hic sup.eum:vel eam: eos:vel eas:de quo:de qua vel de quibus sermo erat:et ellum:ellam: vel ellos:ellas:id est en vel ecce:hic sup.illum vel illam ꝛc. Exempla omnia in textu patent.

¶ De en ꝛ ecce suisq; cōpositis. Cap.lij.

En/ecce ꝛ hem

Aſt. Ecce nominati. seruit accusatiuo aut nūq̄ aut raro

EN et ecce in eadem pene significatione amant nominatiuum et accusatiuum:apud Comicos vero Hem pro En affectui seruiēs: quo oratores nō vtuntur:quemadmodum nec Aſt pro At: quod est poetarū syllabam illam breuem interiectione: scilicet longam facientium. Adiungitur autem En nominatiuo pariter et accusatiuo: tum indicando:tum exprobrando. Indicando. Uerg. En priamus: sunt hic etiam sua premia laudi. Exprobrando. En agros ꝛ quā bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens. Seneca in Agamennone. En paridis hostem. Juuena. Sat.ij. En habitum quo te leges et iura ferentem Montanum positis audiret vulgus aratris. Oratores sepius exprobrando ꝛ sepius per nominatiuum. Quinti. En improbitas. Licero. En crimē: en causa cur regem fugitiuus:dominum seruus accuset. Ecce similiter cum vtroq; casu iungitur:vt idē. Ecce tibi status noster. Cum accusatiuo autem nō memini me apud oratores legisse: ꝛ ne apud poetas quidem. Nam illud Terentianum in eunucho. Ecce autem alterum: nescio quid de amore loquitur? Alter scribi debet: nō alterum. Donato quoq; probante. Sed demus aliquando reperiri: vt semel apud Plautum in Bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato tristi iracundo:ecce me. Eccum eccam eccos eccas:ellum ellam ellos ellas ab ecce cōposita sunt:et secum videntur gerere casum: sed non gerunt: que Priscianus ita resoluit. Ecce eum:ecce eam: ecce eos:ecce eas: ecce illum:ecce illā:ecce illos:ecce illas. Sergius quoq; cōmentans Donatū ait. Nihil significat ellum:nisi ecce illū. Pauloq; post. Quum ergo ellum sit ecce illum:ellam ecce illam nihil possumus dicere:nisi magis demonstratiue. Sed pace Prisciā. Sergij et aliorum hoc nec verum:nec conuenies significatum est. Nam inter ecce eum et ecce illum quid interest? Potius dicendum erat: eccum ecce hūc: eccos ecce hos:de q̄bus agimus. Talis erat conuenientior interpretatio: sed que nec vera foret. Resoluūtur enim hec per aduerbia/ non per pronomina/ eccum ecce hic: subintellige virum de quo agebamus: eccam ecce hec/subintellige feminā de qua mentio erat. Ellum ellam: ecce illic virum feminamve: subintellige de quo de quave agebatur. Haz vt de homine qui ante conspectum nostrum adest recte dicas: ecce ille: vel ecce ego: siue ecce ille vel ecce me ita male loquaris ellum hominem vel ellum me: et rursum de longe posito:eccum. Teren. Eccum parmenonem: et eccum me. Nempe non ecce eum parmenonem quasi aliquis alius sit preter hunc Parmeno:et ecce eum me:quem me ꝛ quem eum queris. Plautus in Menechmis. Atq; eccā. Et in Mercatore. Ecce illum video. Eccum ergo Parmenonem:id est ecce hic parmenonem:ꝛ eccum me: id est ecce hic me:et ellum Parmenonē dicentes:nō sic loquimur quasi de parum noto: vt solemus quum dicimus. Ecce ille parmeno:quasi ille tibi incognitus: sed auditus. Ellum igitur Parmenonem significat: ecce illic Parmeno siue Parmenonem. Sed an possit Ecce habere accusatiuū: non ante indubitatum habeo: q̄ exemplum videro:nisi illud tale sit apud Uerg. En quatuor aras. Ecce duas tibi Daphni/duoq; altaria Phebo Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis Crateraſq; duos statuam tibi pinguis oliui. Sed de prosa magis dubitare me dico.

Eccum. Eccam. Eccos. Eccas. Ellum. Ellam. Ellos. Ellas. ♣ tarat valla priscianū et sergium

Ecce.

¶ Epitome capitis.liij.

¶ Age verbum singularis numeri:agite pluralis postulat:agendum vtriusq; quidem admittit:sicut et age: sed proprie cum singulari age ꝛ agendū:cū plurali agitedum posueris. ¶ Causa est:quia licet pro aduerbijs adhortandi ponantur: tamen natura verba imperatiua sunt:vnde age singulari gaudet:sed tamen pluralē admittit numerū. Unde Mancinellus. Age singulari ꝛ plurali iunctum legimus. Statius libro.ix. Ite age: et obsessis vigilem circūdate flammam: vbi tñ quidam

Wanci.

legunt. Ite agite obsessis ⁊c. Valerius Flaccus lib. iij. Vos age funereas ad littora volui te syluas. Et socios lustrate rogos. Plautus in Stycho. Age sultis: id est: si vultis. Item. Age licemini. Preterea sicuti agēdum vtriq; numero iungitur: ita agitedum plurali solū. Liuius lib. vij. Nostrum inquit peditū illud milites est opus. Agitedum vt me videritis quacūq; incessere in aciem hostium ferro viā faciētem: sic pro se quisq; obuios sternite. Et paulo inferius. Agitedum ite mecum.

Age. Agedū, agitedū.

¶ De age/agite/agedum. Cap. liij.

Se singularem numerum desyderat: agite pluralem: agedum: vero non singularem tantū: sed etiam pluralem: neq; id modo in carmine: vt propertius. Vos agedum: sed etiam in prosa: vt Quinti. Agedū (si videtur) extra portas prospicite squalida arua: ⁊ spinis obsitas segetes et semesos: arborum truncos Cice. Agedum conferte nunc cum illis etiam Publij Sylle vobis populoq; Romano notissimam.

¶ Epitome capitis. liij.

¶ Quoties inter partes vel plures dubitamus: vt certo sciamus alteram: vel vnam illarum esse concedendam: nescimus tamē vtra: vel qua recte vtimur an et ne. Quoties vero sic: vt non inter partes propositas sit dubitatio: sed inter eas et oppositam vtriusq;: vel omniū vtimur his particulis: aut: ve: vel: vel similibus. Interrogatio non est in aut: sed in an. Et verbis dubitationis ⁊ insciētie damus subiūctiuum cum an: verbis vero opinionis et scientie indicatiuum q; cum ⁊ aut. Anne ⁊ Nonne pro an ⁊ nō poni solent: sed maiorem vim habent precipue Anne apud poetas. Leguntur etiam Egone: et Itane: que interrogando responsionem non poscunt. ¶ Quia ergo certo scio patrem tuum viuere: aut mortuum esse: dubito autem vtruz viuat an mortuus sit: non queram. Viuit pater tuus aut mortuus est: quia scio q; sic: nec dicaz. Nescio vtruz pater tuus viuat: aut mortuus sit: quia sic aut insanus sim: aut mentiar. Queram ergo. Viuit ne pater tuus: an mortuus est: aut sic. Viuit pater tuus nec ne? Et dicaz. Nescio an pater tuus viuat an mortuus sit aut viuat: necne. Et ita in consimilibus. Quia vero dubitare possum: an aliquam quatuor religionum pfessurus es: an nullam: bene queram. Es tu futurus Minor: aut Predicator: aut Carmelita: aut Augustineñ. Et subauditur: an nullus eorum. Et bene dicam. Nescio an futurus sis Minor: aut Predicator: aut ⁊c. an sup. non. Igitur An et ne inter ea de quibus est dubitatio poni volunt. Ue ⁊ Uel inter mēbra alterius partis dubitationis: si plura habeat. Unde si sciam patrem viuere: nō videar mihi male dicere. Scio an pater viuat: an mortuus sit: quod prius dubitaui: quia videlicet scio q; viuit: verum stante hoc q; adhuc dubitem male locutus sim: quod author pretendit dicere. Ouid. lib. x. Metamor. in Alcyones fabula. Voce sua speciq; viri turbata: soporem excutit: ⁊ primo si sit circunspicit illic. Qui modo visus erat crediderim oratorem dicturum: circunspicit an sit illic ⁊c. Non addi superuacuo. An dictioni. Necne vel ex his. M. Tul. in oratione pro Cecinna verbis colligit. An incoacta multitudine: in armis: in telis: in presenti metu mortis perspicuo periculo cedis dubium vobis fuit an esse vis aliqua videretur necne. Idem p Roscio. Quero enim potuerit ne Roscius ex societate suā partem poscere necne.

Jo. theodo.

¶ De an et aut: ne: vel: ve: et eorum consimilibus. Cap. liiij.

An: aut. ne vel ve

An ⁊ aut cōiunctiōes sunt. Quin. inquit. Male tamen interroges hic aut ille scit. Nos quum talem tantumq; authorem habeamus: tamen plerisq; multis tam seculis peccauerunt ac peccant: quod grande flagitium est. Sed due cause eos decipiunt. Fere enim nunq; decipimur: nisi mendaci quadā specie veritatis: et vt inquit Hora. Decipimur specie recti. Una quod interpretantes e Greco non reperimus hanc apud illos differentiam: quippe quum Greci vnam tantum habeant vtriq; nostrarum respondētem: putant pro vna voce Greca: vnam latinam posse sufficere. Altera quod reperiunt apud nos in interrogando Aut. Et prime quidem opinioni hoc responsum sit: eos male mereri de lingua latina: qui dimidium verborum fastidiunt: nam plerisq; vtuntur aut more Grecorum et interrogando et sine interrogatione. An omnino relinquentes. Sequenti (quod tamen caput huius erroris est) ita respondemus si paulo diligentius aduertissent: non in Aut sed in An interrogationē consistere deprehendissent: vt apud Cicero. An vero Romulus ille: aut pastores: aut conuenas cōgregasse: aut Sabinorum connubia conuinxisse aut finitimorum vim repressisse eloquētia videtur? Nō est hic multiplex interrogatio: quasi de eorum singulis interrogaretur: sed dupler: sic. Nunquid Romulus hec omnia fecit eloquentia? Hec vna pars est interrogationis: sup. an non fecit? Et hec erit altera pars. Item. Es tu Stoicus: aut Epicureus: aut Peripateticus aut Academicus? Hec interrogatio ⁊ bene dici potest ⁊ male. Nam si non constet interroganti te esse philosophum bene interrogauit: supplendaq; est dupler An: sic. Es ne tu Stoicus: aut Epicureus ⁊c. an non? Sin constet illi te esse philosophum ex aliqua illarum sectarum: sed cuius sis ignorans: de ipsa interroget: male quesiuit quum An/non Aut dicendum fuerit: ⁊ vbi nos modo posuimus dupler an: omittendum sit: sic. Es tu Stoicus: an Epicureus: an Peripateticus: an Academicus: que interrogatio potest tendi in infinitum. Illa vero semper est dupler. Hic ad singulas particulas bine in-

terrogationes sunt: ibi in vniuersum due. Quum enim quero an Stoicus: subintelligi tur altera interrogatio ediuerso: sic an non. Item. Es ne Epicureus: an non? Es ne Peripateticus an non? Es Academicus an nõ? Afferamus aliud apertius exemplũ. An est hic illo nobilior? An plus pro salute mea laborauit? An cui homines magis cupiãt? An formosior: et magis dignus cui filiam meam collocem? Hic octo interrogationes sunt: quarum octies interrogatio repetit: ibi semper due: quia semper bis repetitur. Ex quo patet non esse interrogationem in Aut: sed in An. Interrogationem inquam cõtrariorum: qualis nõ est illa. Quid dicam? aut quid faciam? quid non dicam? aut quid non faciam? Inter hec non ambigimus: sed ipsa ambo simul ambigimus: secus in illo. Abeam: an maneam? de duobus ita quero: vt vtrum mihi faciendum

Uerbis dubitatiõis damus subiũctiuũ cũ an. Uobis opinionis & scientie indicatiuũ: cũ q & aut.

et vtrum nõ faciendum sit dubitem. Ideoq; non solum interrogando: sed citra interrogationem quoq; vtimur An: vbicunq; aliquid cõtrarietatis inest: vt dubito an viuat pater: an mortuus sit. Et in maiore numero. Nescio an pater sit Rome: an valeat: an viuat: an venturus ad me sit? Muta verbum dubitationis et inscientie in dissimile aliud verbum: sic. Scio: an pater viuat: an mortuus sit? male locutus es: bene autẽ. Nescis an pater viuat: an mortuus sit. Itaq; verbis hmõi dubitationis et inscientie damus subiunctiuum cum An: verbis vero opinionis et scientie indicatiuum cum Quod et Aut: sic. Opinor quod pater aut mortuus est: aut grauiter egrotat. Quod preceptũ est de An: hoc quoq; de Ne: que plerũq; vna solaq; & semper in parte prima collocatur: vt bonus ne vir est an malus?

& Ne interdũ vna ponit interdũ cũ socia.

Aliquando cũ socia: sed id sepius apud poetas: vt Uergi. Eneiõ. j. Qui teneant (nam inculta videt) hominesne ferene. Querere constituit sociisq; exacta referre. Sepe hoc modo. Illuc eam necne ignoro: hoc est dubitatiue: interrogatiue quoq;: vt pro Flacco Cice. Utrum vultis pretori Flacco licuisse necne? id est: licuisse: an non? Quidam superuacue addunt alterum: an sic. Nescio an bene faciã: necne. Atq; vt ostendi quosdã errare in Aut: non videntes in quo differat ab an: ita quidã faciunt in Uel: putãtes poni pro an: id est: interrogatiue vel dubitatiue siue ignoratiue: vt istud est aurum vel aurichalcum? nescio si sit aurum vel aurichalcum? immo scis quod est aurum vel aurichalcum: et neuter vestrũ dubitat quod vel hoc vel illud est. Sed nescitis an hoc an illud sit. Ideoq; & tu interroga aurum ne sit an aurichalcum? et tu responde q nescis an sit hoc an illud. Illud autem quod est apud Quintilianum. Querẽdumq; arbitrantur iustum ne sit sacrilegium appellari: quod obiiciatur vel furtum: vel amentiã. Potest quibusdam mouere dubitationem: quasi in re dubia loquamur per vel: atq; ideo ipsum misceamus cũ ne siue an: in quo minime dubitandum nobis est. Talis enim ibi locutio est. Qucrendumq; arbitrantur iustum ne sit appellari aliquid nomine sacrilegij: an non: vel iustum sit appellari furtum an nõ? vel aliquid sit iustum appellari amentiam annon? Ue magis accedit ad vel: q; ad an: vt duobus tribusve mensibus. i. duobus vel tribus mensibus. Rarocq; reperitur geminatum: nisi adiuncta Si: vt siue hoc: siue illud: aut adiũcta Ne pro vt nõ. Ut apud eundem. Cauendum etiam neue sit maior translatio: q; oporteat: neue (quod sepe accidit) minor: neue dissimilis. Cice. Ita iungetis vt neue aspere cõcurrant: neue vastius diducantur. Lucanus sine compositione aliqua. Nec quemq; iam ferre potest Cesarve priorem. Pompeiusve parẽ: id est: non potest iam aut Cesar superiorẽ ferre: aut Pompeius parẽ. An & ne coniungi solent pro an: quod magis poeticũ est: vt apud emulos Uergilij. Dic mihi dameta cuium pecus an ne latinũ? Illud Ciceronis multi ita legunt. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse Gabinio dicam: an ne Põpeio: an neutriq;: id quod est verius? Sine interrogatione durum videtur: vt Uerg. Urbes ne inuisere Cesar. An deus immensi veniam maris. An ne nouum tardis sydus te mensibus addas. Ideo dixi durum: quia per interrogationem quiddam vigentius et instantius est in hac geminatione an ne: q; in illa simplicitate an quod hic non fit: vt ex alijs compositis elucebit. Nõne fuit satius tristes Amaryllidis iras. Atq; supba pati fastidia? nonne Menalcã? Nonne ego te vidi Damonis pessime caprum Excipere insidijs? In hac interrogatione non id agitur: vt respondeas nescienti: sed cogaris assentiri scienti: nec alia vis orationis est: quam si diceres annon: quod magis viget quam solum non: licet et hoc solum pro illo composito accipi soleat. Alia composita (si modo cõposita sunt) hec sunt Itane. Ergone: que interrogando responsionem non poscunt: sed assensum extorquent.

Uel.

Necne.

An ne.

Nonne.

Itane.

Ergone

¶ Epitome capitis. lv.

Nedum.

¶ Nedum tripartiam differt a non solum: non modo et non tantum. Primo q; nedum non exigit huiusmodi particulas: verũ etiam: sed etiam: sed et: sed quoq;: affirmatiue: negatiue autem: sed nec: aut sed neq;: aut simulẽ: q; ante secundam clausulã loco illarum ponit. Reliqua aũt nisi pro nedum ponantur: sine illis poni nequeunt. Secõ q; nedũ affirmatiue id quod maioris est momẽti preponit: sed negatiue posiponit. Reliqua ecõtrario: nisi pro nedum ponãtur. Tertio q; pars cui nedũ additur: significatur prepollere alteri cui non modo: aut nõ solũ pro nedum accepta equipollere. Ut intelligantur priores differẽtie: sit hoc exemplum. Per nedum dicam sic affirmatiue et vno verbo. Exponerem pro te sanguinem: nedum pecuniã. Per nõ solũ sic. Nõ solũ pecuniam: sed etiã: aut verumetiã: aut sed & aut:

ſed ſanguinem quoq; p te exponerem. Duobus verbis ſic. Vitam pro Chriſto exponerē: nedum tormenta ſubirem. Item non modo ſubirem pro Chriſto tormenta: ſed et vitā exponerem. Negatiue vno verbo ſic. Non exponerem pro te pecuniam: nedum ſanguinem. Duobus ſic. Non ſubirem pro rebus mundanis tormenta: nedum vitam non exponerem. In textu autem inueni ſublatum illud ſecundum non: vt ſit nedum vitam exponerē: quod an ſublatū oportuerit: ex his patebit: que ſtatim ſubiiciam. Per non ſolum aut non modo ꝛc. ſic. Non modo pro rebus mundanis nō ſubirem tormenta: ſed necvitam exponerem: quod per tantum abeſt vt ſtatim patebit: poſſet cōuenienter dici ſic. Tantum abeſt vt pro rebus mūdanis vitam exponerem: vt ne tormenta quidem ſubirem. In his ergo exemplis nedum non habet illas particulas: ſed etiam ꝛc. ſicut non modo: non ſolū: ꝛ non tantum habere volunt. Item affirmatiue maius preponitur: et negatiue minus: tum per reliqua fiat econuerſo. Cuius cauſa eſt: quia nedum non ponitur quantum ad ſitum in priori clauſula: ſed in ſecunda: ſic tamen vt ſecunda ſit prior: niſi affectio reliquam preripiat. Quum enim affectuoſe dicere volo: quod p te ſanguinem funderem: incipiam ab eo ſic. Funderem pro te ſanguinem nedum pecuniam: quod eſt ac ſi dicam. Ne ducas aut putes forte q; tantum pecuniam pro te funderē. Tertie differentie exempla ſunt in textu ex Ciceronedeprompta: vt quem Fimbria non ſolum Socratres: quo ſignificatur Fimbria Socrati fuiſſe par. Sed dicendo nedum Socrates: videretur maior. Ceterū quia de vſu negationis amplius dicere conſtitui: addam que noſtra etate vir doctiſſimus Guillelmus Budeus adnotauit de ea re inter annotationes in pandectas.

De vſu negationū ex Budeo.

De vſu negationum. ¶ verba aliqua q̄ idez ſine negatione ac cū negatione polleant.

Animaduertere debemus quedam eſſe verba que idē ſine negatione ac cum negatione polleant: vt vereor: timeo: metuo: ꝛ ſi qua ſunt eiuſdem ſignificationis vt vereor ne veniat: vereor vt veniat: timeo ne moriar: ꝛ timeo vt moriar: caue vt facias: et caue ne facias. Teren. Sed pater adeſt: caue te eſſe triſtem ſentiat. Ut eñ interdum due negationes non plus q̄; vna pollent: vt ſi dicas. Nunq; mihi nec obfuiſti nec profuiſti: ſic interdum vna negatio duarum negationum inſtar eſt: dumtaxat adiuante vi verbi. Cice. Ad. Q. Fratrem. Quod enim abfuiſti; vereor ne ſatis diligenter in ſenatu actum ſit de literis meis: id eſt ne nō ſatis. Idem ad Atticum. Si manet: vereor ne exercitum firmum habere poſſit: id eſt opinor eum exercitum firmum nō habiturū. ¶ Quod fortaſſe ſic reſolui: vereor vt ne habere poſſit: quo modo loquendi Cicero. ipſe vti ſolet: vt in Bruto. Ego tamen ita de vnoquoq; dicam: vti ne elici poſſit quem exiſtimem oratorem: quem declamatorem fuiſſe. Et in. iij. de Oratore. Omnis mea cura ſolet in hoc verſari: ſi poſſum vt efficiam aliquid dicendo: ſin minus: vt ne quid mali. Ex more Terentiano ſumptū: qui ait. Ut ne quid nimis: Hunc autem loquendi modum video noſtre aut proxime memorie clariſſimos ſcriptores ſequi. Hermol. in quadam oratione: vt ſollicita ſit admodum vniuerſa ciuitas: ne letitiam incredibilem ſua oratione conſequi valeamus: id eſt non valeamus. Sic Vlpianus. Vereor ne poſſit iſta connubium habere nubēdo: id eſt: ne non poſſit vt ipſe alibi dixit in. l. ſi ergo §. j. ff. de iure dotium. Et Triphonius. Vereor ne longum ſit adoptionem mariti eius impediri: id eſt: opinor nō eſſe longum: id eſt: incommodum. Hoc etiam per vt particulam Cicero enuntiare ſolet: vt ad Atticum. Qui quoq; imprudentiſſime poſtulauerit: tamen conceditur ꝛ tamen vereor vt ipſis cōtentus ſit. Et pro Quintio. Si veretur: vt res iudicio facto parata ſit. In quibus locis multi exiſtimarēt deeſſe negationem: cum nihil deſit. Terentius. Dies mihi hic vt ſatis ſit vereor ad agēdum. Politianus in Herodianum. Veritis omnibus vt ſatis libenter imperatorem pertinacem milites reciperent: id eſt: ne non recíperent: eſt etiam alioquin inuenire: quū vna negatio in oratione deeſſe videatur. Cicero. in. iij. de legibus. Que res quum ſapientiſſime conſtituta eſſet a maioribus noſtris: nihil habuit non modo multum quod putarē nouandum in legibus. Non modo multum pro non modo non multum. Et de perfecto oratore. Nam ſic in epularum apparatu a magnificentia recedens: non ſe parcum ſolum: ſed etiam elegantem dici volet. Non ſolū pro nō ſolum non dixit. Idem pro Publio Sextio. Quum illi ſoli eſſent preter illum flagitioſum tribunum plebis duo reipubli. turbines: qui non modo precipitanti patrie ſubuenirēt: ſed etiam nimis tarde cōcidiſſe mererent. Et de reditu ſuo ad populum. Tribunitijs ſuperiores illi rogationibus nulla authoritate ſenatus ſunt reſtituti. Marius vero non modo a ſenatu: ſed etiam oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus: id eſt: non modo a ſenatu. Et in. iiij. Tuſcula. Is enim malis incidentibus non modo beati: ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus. Liuius. Aſdrubalq; non modo in Italiam traducendi exercitus: ſed ne manendi quidē ſatis tuto in Hiſpania ſpem reliquit. Plini⁹ in epiſtolis. Multa in vbe noſtra iuxtaq; vbem non oculis modo: ſed ne auribus quidē nouimus. Que exempla et ſimilia mirum eſt Laurentium Vallenſem nō animaduertiſſe. Is enim libro. iij. elegantiarum vt ſcite pauca de hac re ꝛ ſubtiliter diſſeruiſſe mihi videtur: ita ſi eius doctrinam ſequi velimus / hec loca tueri non poterimus. In cauſa eſt (vt arbitror) quod Laurentius ad normam latine ꝓprietatis ea redigere voluit: que grecorum

Vtne.

Nedum

&devſu negatio num.

Nō ſoluz ꝓ nō ſolum non

Liuius.

imitatione vsurpata sunt. Greci enim το ουχοπος αντι τοῦ ου μονον ουχε subinde vtūtur. Demosthenes ενομιζον μεν αφον επολιτευο μεν ουχοπος με λεν αλι κομ φιαυ τα πεισεσθαι αλλα και μετρια εξαμαρτα συγνωμης τευξεσθαι αμ τι φη ου μονον ουχι πεσεσθαι. Simile esto ουχοτι μη οτι creb ria apud oratores ꝛ elegantiores scriptores. Plato εγο δε ου ανθροπο με οτι δε θεο. id est non solum hoc nō dixerim de deo. Et μετι μετιδι que ibidem pro non solum nō accipiuntur. Hoc etiam per nedum latine dici solet. Sallust. Quippe secundo res sapientiū animos fatigant: nedum illi corruptissimis moribus victorie temperarent: apud Liuium in. viij. secūdi belli punici: hoc modo Fabius loquitur aduersus Scipionem in Aphricam traiecturum. Me dictatorem cum vigerē adhuc viribus: et in cursu maximarum rerum essem: recusantem nemo audiuit: quominus insectante me magistro equitum (quod fando nunqz auditum fuerat) imperium equare tur meuz: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adolescente florentissimo proponam: id est: non modo nunc nō proponam. Idem. Attonitus repētino malo vix quid obiiceretur intelligere potui: nedum satis sciam quomodo me tuear. Cic. pro Plantio. Ego vero ne immortalitatem quidē contra rempubli. accipiendam putarem: nedum emori cum pernicie reipubli. velez: vbi alius etiam non indoctus nollem (vt arbitror) dixisset. Et p Cluentio. Nec Metellus: nec Popilius clarissimi virivm tribunitiam sustinere valuerunt: nedum his temporibus his moribus: sine vestra sapiētia: ac sine iudiciorum remediis salui esse possimus. Lucianus. και παυυ απαλος φ ποδε και ου δε εσθαναι χαμαι ουχοπος βαδιζειμ εδυνατο. Cicero. in Acade. Anaragoras nigram niuē esse dixit: ferres me si idem dicerem: tu ne si dubitarem quidem. Unam negationem Cic. duarum vice: posuit. Interdum contra duas pro vna positas inuenimus. Idem lib. iij. de finibus. Sed qz qz negent Stoici nec virtutes: nec vitia crescere: attamen vtrumqz eoꝝ fundi quodammodo ac dilatari putāt. Et in. v. Tuscula. Itaqz ne si iucundissimis nos somnis vsuros putemus Endymionis somnū nolimus dari. Et in Acade. Quod bonuz quale sit negat omnino Epicurus sine voluptatibus sensum mouentibus nec suspicari. Hec de negationis vsu dicenda hoc in loco habui: vt multis fortasse non satis animaduersa: sic omnibus necessaria. Nedum pro non solū: sequente sed etiam: interdum legi apud scriptores ꝛ eos fidei receptissime: testis est Cice. ad Atti. lib. episto. x. epistola quidem penultima hunc in modum scribens. Tu quoniam quartana cares: ꝛ nedum morbum remouisti: sed etiam grauedinem: te vegetum nobis in Grecia siste: ꝛ literarum aliquid interea. Sunt preterea non valde pauci in ea sententia: vt asserāt vel constantissime: post non solū non: vel non modo non: nequaqz esse locum huic particule sed etiā ꝛ similibus: persuasi forte Laurentianis exēplis: in quibus aut sed neqz: aut sed nec: huiusmodi particulis subiungitur: quuz tamen. M. Tul. in libello de Senectute hūc in modum loquatur. Quia non modo vituperatio nulla: sed etiam summa laus senectutis est: q ea voluptates nullas magnope desiderat. Idem quoqz inibi. His mihi rebus Scipio (id enim tecum Lelio admirari solere diriſti) leuis est senectus: nec solum non molesta: sed etiam iucunda. Idem alio in loco. Sed videtis vt senectus nō modo languida atqz iners non sit: verumetiam operosa ꝛ semper agens aliquid et molliens. Illud autem maxime oīum censemus adnotandum: quod ꝛ obseruauit Gallorum doctissimus Guillelmus Budeus: vt est totus in re literaria lynceus: non solum: pro non solum non reperiri haud infrequenter: sequente vtiqz sed etiam: aut sed ne. Quale est id. M. Fabij lib. Insti. xj. In quibus non solum cantare: quod vitiū persuasit: aut lasciuire: sed ne argumentari quidem nisi mixtis: ꝛ quidē ita vt in ipsa probatione magis emineāt: affectibus decet. Et illud eiusdem lib. vij. Itaqz non solū ad priores Catonem Gracchosqz: sed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto.

Nedum.

Joan. Theo.

ℭ devsu negationum.



¶ De nedum et non tantum: non modo et non solum. Capitulum.lv.

Nedum. NEdum duobus modis periti vti solent: vno quum vtramqz sentētiam eodē claudimus verbo: altero quū suum vtriqz sententie verbum damus. Primo modo sic. Funderem pro te sanguinem nedum pecuniā. Secundo sic. Funderem pro te sanguinem nedum pecuniam tibi crederem et hoc affirmatiue. Negatiue sic. Nō perderem pro te obolum: nedum sanguinem. Item non crederem tibi obolum: nedū pro te funderem sanguinē. Atqz in affirmando id quod plus est magisqz momēti: in prima parte est ponēdum: in negando id quod minoris. Plus est z magis momēto sum fundere sanguinem q̄z pecuniam: z minus est et leuius perdere aut credere obolum: q̄z perdere et profundere sanguinem. Imperiti vero hanc dictionem accipiunt pro non solum: sic dicentes. Nedum laborem pro te susciperem: sed etiam mortem: quod sic dicendum erat.

¶ tarat val. iperi tosq̄ hāc dictionē neduz p non solū accipiūt

non solum imperiti ut tu male autumas laurenti sed etiam latissimi quique vtuntur nedum pro non solum. Cicero ad atticuz

tu gñ cartana caras nedum morbū remouisti sed etiam grauē

dinem. ſdz Cicero pro cornelio baluo. ne duz hominum dummodo

magisq̄ ex uoluntate solent approbari. marcq etiam varro imperatorem rex rusticarum me nedum bibo sed

etiam post mortem pro deffuncto. in terdum vero accipitur nonnunquam nedum nō solum non tantum pro nedum ut etiā

primuz libro ill c B cum loquerer de opibus. ne floribus quidam mortuis sed etiā nō modum corpus tegi

dum si Cicero li 12 in epistola ad trebonium ē in cipit si vales. non enim nescis quanti tefaciaz

et quam p nro veterrimo veriſſimoq amore omnibus etiam minimis comodis non modo tantis gaudeaz

Wortem pro te susciperem: nedum laborem. Aut per non solum. Nam contrarius modus est per non solum a modo per nedum: sic (ne priora exempla commutemus.) Non solū pecuniam pro te funderem: sed etiam sanguinē. Item. Non modo pecuniam tibi crederem: verumetiam sanguinem p te funderem: hoc affirmatiue: Rursus negatiue. Non modo p te sanguinem non perderem: sed ne pecuniā. Item. Non tantum pro te sanguinē non funderem verum ne obolum quidem tibi crederem. Hec est igitur differentia inter nedum ꝛ non solum: siue non tantum: siue non modo. Aliquando tamen reperimus hoc posterius pene pro nedum accipi. Cice. inoffi. iij. Huic igitur viro bono quem Fimbria etiā nō modo Socrates nouerat nullo modo videri potest quicq̄ esse vtile: quod non sit honestum. Possemus hic dicere pro non modo Socrates nouerat: nedum Socrates. Sed nedum auget: prepolletq̄ alteri parti cui adiūgitur: non modo autē equiparat. Ideoq̄ puto Ciceronem voluisse equare Fimbriam Romanum Socrati Greco: dixisseq̄ illud non modo: sicut in quibusdam alijs exemplis. Ut in eisdem officijs. Ad quod est adhibēda actio quedam: non solum mentis agitatio. Et pro plācio. Plura ne dicam tue me lachrymeimpediunt vestreq̄ iudices nō solum mee. Hic non ausim pro non solum dicere nedum.

Non solū. Non mō nō tātū.

¶ Epitome capitis. lvj.

¶ Nisi in principio clausule verbo principali adheret: atq̄ indicatiuū desiderat: alibi etiā subiunctiuum: verbumq̄ minus principale.

Nisi.

¶ Exempla patēt in textu subiunctiuus modus dicitur etiam coniunctiuus. Est autem nisi cōpositum a ni et si. Si vero quando rem affirmat: indicatiuo gaudet: vt in Bucco. Si nescis: meus ille caper fuit: ꝛ in noto opusculo. Si deus est animus nobis vt carmina dicunt. Ubi non habet subiunctiuum modum: quia non cōditionalis: sed rationalis aut causalis est coniunctio: accipitur enim quasi pro quia. Eius autem naturam sapit compositū: quod in principio positum indicatiuuꝫ idcirco efflagitat: quia non conditionalis: sed rationalis est cōiunctio. Plautus. Nisi annuus penus mihi datur. Translator tamen in principio quia conditionaliter accipit: subiunctiuo iungit in psalmo dicēs. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Quum autem dicitur in textu Nisi adest verbum principale illic nisi est datiui casus: vt sit huic dictioni nisi adest verbum principale: hic id est: in posteriore non adest: bene reticuit autem sed et vero: quia verbum repetit: et vtitur hic vt referat ad propius: quia si volat irreuocabile verbum quod prius dicitur a nobis: plus differt quā quod posterius. Itaq̄ fere prius dictum significamus per illud posterius per hoc quod annotandum est.

Si.

¶ De nisi. Cap. lvj.

Nisi quoties principium sententie est indicatiuum desyderat: alias etiam subiunctiuū. Cic. pro Milone. Nisi forte putamus dementem. P. Scipionem aphricanum fuisse: qui quum a Carbone in contione seditiose interrogaret: quid de Tyberij gracchi morte sentiret: respōdit iure sibi cesum videri. Et Quin. Nisi forte imperatorē quis idoneū credit in prelijs quidem strenuū ꝛ fortē: ꝛ quepugna poscit artificem: sed neq̄ delectus agere: nec copias contrahere atq̄ instruere: nec prospicere cōmeatus: nec locū capere castris scientem. Preter principia autem sentiarum sic. Vapulabis nisi caues: vel nisi caueas. In illo superiore nisi adest verbū principale: hic non adest.

Nisi nō ꝛ si cō positū ē: (vt inq̄t Talepi.) in princi pio sniē i dicatiuū desidera: alias ēt subiū ctiuū: vt vapula bis nisi caues vl caueas.

¶ Epitome capitis. lvij.

¶ Particula q̄ posita cum hmōi verbis gaudeo: credo: opinor: puto: letor: voluptatem capio: ꝛ sifibus: tam indicatiuo q̄ optatiuo seu subiunctiuo quadrat: cū his aūt cū quib⁹ habet locū: vt cuiusmodi sunt volo: cupio: desidero: iubeo: impero: exigo: postulo et sifia: tm optatiuo. Cauebimus aūt ne verba diuersorum modoꝝ copulemus. Unde q̄ q̄ seorsum dicere licet. Gaudeo q̄ scribis: et gaudeo q̄ me certiorē facias: tm non dicam copulatim. Gaudeo q̄ ad me scribis ꝛ certiorē facias: sed sic. Gaudeo q̄ scribis ꝛ certiorē facis aut sic. Gaudeo q̄ scribas ꝛ certiorē facias: qd̄ in ceteris quoq̄ est faciendū. Volunt cm̄ copulatiue cōiunctiones: vt noia eiusdē casus ꝛ verba eiusdē modi: dixi cū quibus locū habet vt particula. Quia hmōi particule vt q̄ quin ne optant diuersa verba: nisi vt ꝛ q̄ confundant. Uerbi gratia dicam: velim vt scribas: oro vt ad me venias: precor vt ignoscas. Nō dubito q̄n mihi irascaris: rogo ne mihi id vitio des. Hec dicam. Non dubito q̄ irascaris. Sepe tm omittimus particulas: vt ꝛ q̄ vt velim facias monui te ad me venires. Sepe etiam mutamus orationē in verbū infinitiui modi. Admonui te ad me venire: velim te incolumen esse. Potissimum aūt cum verbo caueo: timeo: formido: et similibus ponimus verbū optatiuū aut subiunctiuum sine particula ne: vt caue feceris: vereor facias. Licet aūt cauēdum sit ne verba diuersorum modorum copulemus: tamen interdū copulantur verba diuersorum temporum: vt vocasti me: ꝛ ecce venio. Uerg. Enei. iij. Leciditq̄ superbum Ilium: ꝛ omis humo fumat neptunia Troia. Ubi multi tamen dicunt fumat pro fumauit positum per syncopam: sed diligentiores dicunt presentis esse temporis: ꝛ significari per diuersa tempora naturam rerum. Nam iam ceciderat Ilium: ꝛ tamē adhuc Troia fumabat humo. Depingitur ergo natura incendij: quod primo loco ardorem parit: deinde ruinam et casum: ꝛ demum fumum. Quando ergo par nobis ratio est mutandi temporis: poterimus et nos mutare. Unde illud venimus in euan-

gelio Matth.ij. Uidimus enim stellam eius in oriente:ꝛ venimus cum muneribus adorare eum:potest esse preteriti tēporis prima longa et media breui: vt sit venimus istuc vsq; aut presentis temporis prima breui et media longa:vt sit:ꝛ iam venimus adorare eū. Possunt etiam futura cum presenti ꝛ preterito copulari:vt te amaui amo ꝛ amabo semp;et ita in consimilibus. Wallem tamen dicere: qui erant in naui flebant:q̄ fleuerunt.

¶ De q. Cap.lvij.

Quod scribis gaudeo:ꝛquod scribas gaudeo:vtroq; modo dicitur. Uolo q scribas:non autem q scribis. Illius superioris hec:similia sunt:credo:opinor:puto:letor:voluptatem capio:ꝛ reliqua. Huius posterioris hec:mando/iubeo/impero/erigo/postulo ꝛc. In illo tamen superiore cauēdum est ne diuersorum modorum verba copulemus:quale foret illud Terē.q̄ nonnulli sic legunt. An q viam ignorant:an q iter perferre nequeant. Quum sit dicendū. An q viam ignorent: an q iter perferre nequeant:aut sic. An q viam ignorāt:an q iter perferre nequeunt.cui simile illud aliud est apud eundem. Nihil quum est:nihil desit tamen:quum sit potius legendum desit:nō desit:vt bonis authoribus placet. Et in pemio Cice.ad Herennium quidam sic legūt. Et si negotiis familiaribus impediti vix satis otio studio suppeditare possimus:ꝛ idipsuꝫ quod datur otij libentius in philosophia consumere consueuimus:quū sit potius legendū possumus:vt modi cōcordent:qui copula media coniungunt:q̄q̄ et sonus ipse vtpote in cursu medio periodi conuenientior est in possumus q̄ in possimus. Est etiam alia causa cur hoc non liceat:quam modo subiungam.

Modoꝝ cōformitas.

carpit eos valla q diuersorū modoꝝ ba copulāt.

¶ Epitome capitis.lvij.

¶ Etsi seu tametsi:ꝛ q̄q̄ in principio statim orationum:epistolarū:librorumve posita:dignitatem quandā pre se ferunt:optantq; indicatiuum:scōo aūt loco posita etiā subiectiuū recipiunt. Sed q̄uis ꝛ licet in principio rerū nō magne dignitatis collocata subiunctiuū expetunt:ponunturq; respectiue: nam cōsortium huius particule tamen desiderant:sine qua q̄q̄ etsi tametsi rite ponuntur:presertim interrogatiue. Neq; tamen nunq̄ cum indicatiuo constructa leguntur. Exempla patent in textu:vt in Quin. Etsi iudices natura est: non natura sit:licet sequatur vt videatur. Et apud Quin. declamatio:subaudi sic incipit: q̄uis iudices ꝛc. Paucis autem datū est huiusmodi elegantias ad vnguē obseruare:que tamē si a doctissimis obseruate sunt nulli fuerint negligende. Ceterum tametsi nullā assignant grammatici rationem:tñ videtur non nihil rationis subesse. Nam etsi et tametsi ac q̄q̄ cōponuntur ex his que indicatiuuꝫ fere postulant. Si enim (vt iam dixi) quū rationalis est:indicatiuū exigit:q̄q̄ vo vī esse quasi quācunq;.i.q̄tumcūq;:qđ nimirū indicatiuū desiderat. Licet vero et q̄uis conditionales sunt. Nam licet natura est verbū: licet ponat pro cōiunctione: qđ dictum vt sit exēplo nobis id videtur valere:licet.i.licitum est: tñ vt ponat pro cōiunctione:qꝛ ergo videt subaudiri vt:non est mirū si eius modū obtinet. At q̄uis compositum est a q̄ ꝛ vis:que syllabica est adiectio:natura tñ secunda persona verbi volo:qđ (vt ostendi) optatiuū aut subiunctiuum etiā suppressa cōiunctione: vt sepe post se habet:vt velim scias. Itaq; q̄uis est quasi quantū vis:sicut q̄libet quantūlibet:q̄ optime sequitur facias:dicas aut feceris dixeris. Preter ergo doctissimoꝝ obseruationē ꝛ consuetudinez que nobis satis esse debebat etiā natura vocabuli causam diuerse cōstructionis nobis affert. Et in dictione Etsi/pro etiā poni documēto est. M.T. in Tusculana quinta ita scribēs. Erat surdaster. Marcus Crassus:ſz aliud molestius: q̄ male audiebat etiā si (vt mihi videbat) iniuria. Quo in loco etiā si pro etsi mea quidem sententia ponitur. Jo.theo

¶ De Etsi:ꝛ q̄q̄:q̄uis:ꝛ licet. Cap.lviij.

Etsi:quāq̄:q̄uis:licet:eiusdē significationis sunt:aliq̄d in vtendo discriminis habent. Nam maior quedam dignitas data est primis duobus:que semper adciscunt sibi indicatiuum: dumtaxat in principio statim orationum:epistolarum:librorū. Alia duo in hoc loco raro: in ceteris omnia indifferēter. Cice.in oratione pro Milone. Etsi vereor iudices. Et in epistola ad Atticū. Etsi nihil noui afferebatur:ꝛ in opere ad Herennium. Etsi negotiis familiaribus impediti:vix satis otium studio suppeditare possumus et idipsum qđ datur otij: libentius in philosophia cōsumere consueuimus. Quin.in declamatione de corpore proiecto. Etsi iudices in hac asperrima cōditione fragilitatis humane in qua nemo prope mortaliū impune viuit:hec oībus natura est: sua cuiq; calamitas precipue misera atq; intoleranda videatur. Cice. pro lege Manilia: quamq̄ frequēs cōspectus vester mihi multo iocundissimus:hic autem locus ad dicēdum amplissimus: ad agendū ornatissimus est visus quirites. Idē de officijs:q̄q̄ te marce fili annum iam audientē. Cratippū:idq; Athenis: abundare oportet preceptis institutisq; philosophie Lactātius tñ secundum librum de institutione sic incipit:q̄q̄ libro primo religionis deoꝝ falsas esse monstrauerim. Alia duo magis postulant subiunctiuū:nōnunq̄ tamen ꝛ indicatiuū:vt dixi:vt apud Horatiū sic quedam epla incipit: q̄uis seua satis per te tibi cōsulis ꝛ scis. Et apud Quin. declamatio. Quamuis iudices in tanta malorꝝ continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari. In alijs partibus q̄ in principijs parē omnia hec locū sortiuntur. Habent ꝛ hoc differētie duo priora a duobus posterioribus:q̄ illa aliqñ eo modo quez de nisi ostendimus:a nullo dependent. Cice. etsi: q̄q̄ q̄uis:ſz. quāq̄ in lib. pn cipio Lactantius subiūcti uo mō adiecit.

pro Marcello. Quid eñ est oino hoc ipsum diu: in quo est aliquid extremuz? Quod quñ venit omnis voluptas preterita ꝑ nihilo est: quia nulla est futura: q̄ꝫq̄ iste tuus animus nunq̄ his angustijs: quas natura nobis ad viuendum dedit: cõtentus fuit: semperq̄ immortalitatis amore flagrauit. Nec vero hec tua vita dicenda est: que corpore ⁊ spiritu cõtinetur. Hoc fit acrius per interrogationẽ ac sublimius. Ut (ne si alia exempla afferã: longior sim) si dicamus hoc idem: sic. Quamq̄ quis ignorat istum tuum animum nunq̄ his angustijs: quas natura nobis ad viuendum dedit: fuisse contentũ: semperq̄ immortalitatis amore flagrasse? De etsi siue tametsi (idem enim sunt) et apud eundẽ: ⁊ apud alios reperienda relinquimus exẽpla huiusmodi licet pauciora: vnũ ex Plinio satis sit ad Cornelium Priscum. Dedit enim mihi quantũ maxime potuit daturus amplius si potuisset: tametsi quid homini dari põt maius q̄ꝫ gloria laus ⁊ eternitas? Hic nõ possis ponere lz ⁊ q̄ꝫuis.

Tametsi.

¶ Epitome capitis. lix.

Cũ ⁊ tũ. ¶ Cum aliquando habet post se tum: qñ videlicet significat partim: lz in re minore ⁊ minus euidẽti q̄ꝫ tum: tunc vtrũq̄ vno fere verbo contentum postulat fere indicatiuum: nisi particula alterius modi precedat. Sed cum pro q̄ꝫuis: habens post se tamen subiunctiuũ efflagitat: quem prior modo non semper sed frequenter euitat. Prior autẽ modus bifariã contingere solet: aut vt generale aliquid precedat: sequatur speciale: aut vt ambo sint specialia: vt textus declarat. Tum vero duplicari ac multiplicari solet: quando res sunt pares: quomodo Et et partim repeti solent.

¶ Dico quando habet post se tum: vult cum preponi: ⁊ tum sequi. Nam qñ dico. Vir cũ sapiens: tum bonus: sensus est: quum vero simile sit aut manifestum qõ sapiens est: tum. i. vero simlius ⁊ manifestius q̄ bonus. Addo nisi particula alterius modi precedat: q̄ Cice. quando premisit vti. i. vt subiunxit subiunctiuum sic. Factum est vti cũ summũ ⁊c. vnde licet dicere. Precor vt filius meus cũ prudens tum bonus euadat. Accipitur etiã pro q̄ꝫuis: vt in textu patet: ⁊ pro qñ: idq̄ fere cũ indicatiuo: vt in prologo primi huius. Quum sepe mecum nostroꝝ maioꝝ res gestas aliorumq̄ vel regum vel populoꝝ cõsidero. Quũ faciã vitula pro frugibus ipse venito: in Buccolicis. Ubi faciã futurũ est indicatiui modi: vitula vero ablatiui casus: vt sit faciam rem diuinam. Nam facere et operari quũ nihil addit: de re diuina intelliguñ: vt letus operatus in herbis. Ceterũ (quod ad rem magis attinet) de partim alibi erit disserẽdi locus. Nã interdum accipitur pro aduerbio: vt suo loco declarabimus. De tum dico quãdo res sunt pares: id est: eiusdem ponderis ⁊ momenti: quia si vna aut altera minor sit: preponenda fuerit illi cum particula: vt dictum est. Parum autem discrepant cum et tum etiam his modis a significatione nota: que sunt quãdo ⁊ tunc: quia si dicatur. Hic vir quãdo bonus censendus: tunc facundus: sensus sit. Quando id probari poterit q̄ bonus sit censendus tunc: id est: multo amplius probari poterit q̄ facũdus sit censendus: quia multo excellentius apparet in eo facundia q̄ꝫ bonitas. Quod autem talis sit sensus: patet ex eo q̄ sepe particule tum addimus particulam augmentatiuam: vt Enei. ij. Tum vero ardemus scitari: et querere causas. Tum vero: id est: tunc presertim ⁊ quasi ad verum quum prius dissimulate id visi simus fecisse. Dixi fere contentum vno verbo: vt si dicam. Vir est cũ bonus tum facundus: vnum est verbum: possunt tamen plura esse verba: precipue si in significatione verborum sit incrementum et decrementum: vt vir cuz te semper coluit: tum amauit: id est: quum manifestarium atq̄ in confesso sit q̄ te semper coluit: tum. i. multo manifestius atq̄ magis cõcedendum est q̄ te semper amauit: quia non coluisset nisi amasset. Quando autem cum habet subiunctiuum: nõ penitus significat id quod q̄ꝫuis: sed quasi: hoc est quũ ita sit q̄. Unde inepte ille opusculum suuz de moribus incepit: qui dixit. Quum nihil vtilius humane credo saluti: quum (si versus pateretur) dicendum esset credã non credo. Habet etiam tum vsum in rebus enumerandis hoc ordine: vt prime demus primum / secũde deinde / tertie / quarte / quinte (⁊ oñibus aliis vsq̄ ad vltimum: tum. Ultime autem deniq̄: aut demum: aut ipsum vltimum: vt alibi latius declarabitur. Non enim omnia sunt in vnum locum congerenda.

Quũ accipit interdũ ꝑ q̄ꝫuis ẽt: interdũ ꝑ quando. Facere. Operari

Cum subiũcti uomõ iũctũ q̈d signficet.

¶ De cum ⁊ tum. Cap. lix.

Tũ ⁊ cũ.

Cum ⁊ tum indicatiuum fere postulant. Est aũt in cum quiddã minus in tum quiddam maius: ⁊ hoc duobus modis: vt aut generale aliq̈d precedat: sequatur speciale: aut vt ambo sint specialia. Primo modo sic: vt apud Quinti. Quod cum omnibus confitendũ est: tum nobis precipue qui rationem dicendi a bono viro n[on] seiungimus. i. oĩbus multũ: mihi vero maxime. Altero modo apud eundem. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quẽ cũ amicissimum nobis: tum eximio litera ꝝ amore flagrantem dignissimum hoc mutue inter nos charitatis pignore iudicabam⁹. i. multũ propter amorem tuũ in nos: plus tñ propter amorem in literas. Uir aliter reperias: quale est Cic. in Uerrem Act. j. Factum est vti cũ summum in veteribus patronis multis: tum nõnullum etiam in me presidiũ suis fortunis constitutũ esse arbitrarenť. Sed hoc loco adiectiua sunt que distinguãt illud plus ⁊ illud minus. In ceteris locis fere adiectiua nõ adhibentur: qualia nũc sunt summũ et nõnullũ. Raro autẽ alius modus q̄ꝫ indicatiuus conuenit: quale fuit proximuz exemplum. Idem Quin. in. ij. Quid aũt est ẽt his de quibus supra dixi: qõ non cũ in alia que sunt rethorum

Cũ ⁊ cũ.

Cũ q̈dã min⁹ tũ q̈ddã maius significat.

propria:tum certe in illud iudiciale cause genus incidat? Cicero. ad Curio. Braui teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo viro:qui cum suis virtutibus:tum vero te filio superasset omnium fortunas:si ei contigisset vt te ante videret:q̄ vita decederet. Nunq̄ hoc fit nisi sub vnoverbo:q̄ si quãdo cum duobus fieret non tantum in diuersis verborum modis diuersisq̄ temporibus: vt fecit Boe.in principio tertij(vt reor)de dialectica libri. Cum in oñibus philosophie disciplinis ediscẽdis atq̄ tractandis summum in vita positum solamen existimẽ:tum iocundius ꝛ veluti cum quodam fructu etiam laboris arripio:que tecum communicanda cõpono:nisi forte putamus hoc eodem modo pro Deiotaro incepisse Ciceronem. Cum in omnibus causis grauioribus.C.Cesar:initio dicendi commoueri soleam:vehemẽtius quam vel vsus: vel etas mea videtur postulare: tamen in hac ita me multa perturbant: tamen dicitur non tum. Respondet enim ad illud cum pro q̄uis. Ut alio idem in loco. Satis ne constanter facere videamur: qui cum precipi nihil posse dicamus: tamen et aliis de rebus disserere soleamus:ꝛ in hoc ipso tempore precepta officij ꝓsequamur: cum scilicet pro q̄uis:aut si scribatur tum:non tamen: scribendum etiam erit soleo:non soleam:quale est illud in proemio quarti libri Tusculanarum questionum. Cum multis locis nostrorum hominum ingenia virtuteq̄. Brute soleo mirari:tum maxime in his studijs que sero admodum expetita in hanc ciuitatẽ e Grecia transtulerunt. Idem author opus de natura deorum sic inchoat. Quod quidã depravare solent:dicentes sint pro sunt. Quum multe res in philosophia nequaq̄ satis adhuc explicate sunt:tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) questio est de natura deorum.

Cũ pro q̄uis.

Priscia. Priscianus quoq̄ vir grãmatice locutus est in proemio magni operis:ꝛ quidem in prima dictione:atq̄ adeo in prima syllaba: dicens. Quum omnis eloquẽtie doctrinam: ꝛ omne studiorum genus sapientie luce prefulgens a Grecorum fontibus deriuatũ Latinos proprio sermone inuento celebrasse:ꝛ cetera /que tanta sunt precedentia verbum principale:vt non modo Demosthenes:qui contenta voce et vno spiritu cõplures versus pronuntiabat: aut Hercules:qui sine respiratione vnum stadium decurrebat: sed ne Houellus quidem Torquatus Mediolanensis: qui vno spiritu tres vini congios siccabat:posset illam sentẽtiam atq̄ periodum vna vocis contentione pronuntiare:tandem verbum principale subiungit:conatus sum pro viribus rem arduã quidem:sed professionis nõ indebitam:supra nominatorum precepta virorum:que cõgrua sunt mihi visa:in latinum transferre sermonẽ: quum inuenta erat dicẽdum:aut quoniam inuento. Sed ad tum reuertamur:quod sepe sine cum ponitur geminatum /triplicatum /ꝛ

tũ geminatum. Tũ sine cum.

in q̄uis longum multiplicatum:sed quãtum ego sentio in rebus paribus: vt Quintilia. Nec indignetur Herodotus equari sibi Titum Liuium:tum in narrando mire iocunditatis clarissimiq̄ candoris: tum in concionibus (supra q̄ enarrari potest) eloquẽtem: ita dicentur omnia tum rebus:tum personis accommodata. Taceo de eo modo quãdo accipitur pro aliquando:vt tum hoc:tum illud dicas:id est:aliquando hoc:aliquãdo illud:vel modo hoc:modo illud.

Tum ꝙ aliqñ.

¶ Epitome capitis.lx.

¶ Quidem trifariam accipi solet. Primo ad distinguẽdas res: ponituq̄ sic in priore:aut prima particula:sequente autem:vel vero vel vtroq̄. Secundo per concessionem eius cui adheret:sed subsequente exceptione cũ particula:sed:verum:verumtamẽ: at:ceterum:tamen:attamen:sed tamẽ. Subditur autem sic venuste post pronomen ille. Tertio per affirmationem quasi pro certe:aut per exclusionẽ eius cui maxime videtur posse conuenire qõ sequitur:idq̄ sine dictis particulis:sed precedente nec aut ne:ꝛ posito quod excludere volunt in medio. Exempla in textu patebunt: tertij autem modi:quia amplior est q̄ in textu:habetq̄ duo mẽbra:prioris membri exemplum est. Nemo doctus:quod quidem sciam; hoc dixit. Sequentis hoc est. Ne deus quidẽ ipse posset facta infecta facere. At ne rex quidem ipse populo illi formidini sit. Rex dico ipse qui tamen potissimum esse possit. Ponitur autem in primo modo quidem in priore: aut prima particula: in priore si tantum due sunt:in prima si plures: verbi gratia in priore sic. Omnes stabunt ante Christi tribunal:boni quidem ad dexteram:malivero ad sinistrã. In prima autem sic. Omnes homines tandẽ addicẽtur:boni quidem ad gloriam:mali vero ad tormenta:porro neutri: vel neutri autẽ (id est: infantes qui e Christianis nati sunt: sed non renati in Christo)ad priuationẽ vtrorumq̄. De secundo modo omnia sunt exemplorum plena:vt bene quidẽ predicas ac precipis:sed male viuis. Prudenter quidẽ scripsisti: sed insipienter viristi. Multi quidem bene incipiunt:verum perq̄ pauci perficiunt honestam vitam:ꝛ ita in infinitis aliis. Caudet autẽ sic particula ille illa illud:vt in textu satis declaratur.

Porro.

¶ De Quidem. Cap.lx.

Quidẽ.

QUidem duobus tribusve modis accipi solet. Uno modo ad distinguendas res:quod apud grecos pene nimis fit sepe: vt vnus quidem sic:alius aũt sic. Ego quidẽ Rome sum:tu vero Athenis:frater aũt Alexandrie:altero autem quasi per exceptionem illius qõ affirmes: vt apũd. M. F. Torquebis quidem filium: sed fatebitur mater. Adeo vt apud hũc et Marcũ Tulliũ nũq̄ cõiungaũt quidem et ille:quin hmõi sequaũ exceptio:vt de offi.li.iij. Ab optimis illis quidẽ viris:sed

Quidẽ et ille nũq̄ cõiungunt apud tullium et falcitra exceptionẽ

potiꝰ in primo tuscularanarum questionum

nō satis eruditis: ⁊ de amicitia. Qui aūt in virtute summū bonum ponunt: preclare illi quidē: ꝫ hec ipsa virtus amicitiā ⁊ gignit et cōtinet. Dicendū erat preclare ij quidē: vt in pronoibus ostēdimus potius q̄ illi: sed hoc fecit vt ille contūgeretur cū quidem. In superiore mō tantū duabus comitibus quidē vtitur pōt: que sunt vero ⁊ aūt. In hoc secūdo pluribus pōt preter has duas: verū: verūtamē: attamē: sed ceterū: tamē: attamē: sed tñ. Atq̄ in hoc secūdo modo ipsum quidē alternatim ponit pōt: nūc in laudē: nūc in vituperationē: atq̄ id aut a vituperatione incipiendo et finiēdo in laudem: aut incipiēdo a laude: ⁊ finiendo in vituperationem: vt tu lentus quidem es ⁊ piger: sed tamē fidelis. Rursus. tu quidē fidelis es: sed tamē lentus ⁊ piger. Tertio modo quo plenus est etiam sermo vulgaris: nullo aūt aut vero: aut sed: aliave coniūctione simili sequente: sicut et he ipse nōnunq̄ sine quidem sunt. Licero. Aut eñ nemo (qđ quidē magis credo) aut si quisq̄ est: ille sapiēs fuit.

¶ Epitome capitis. lxj.

¶ Uero et Autem subiunctiui sunt ordinis: idemq̄ significāt: sic tamen vt interdū nusq̄ referantur: sed solum ad distinguendas sententias ponantur. Uerū differunt in vtendo: quia non eisdem sociantur. Dicimus enim. Neq̄ vo Neq̄ vero ⁊ nec vero cōcinnius q̄ neq̄ autē Necvero nec autem. Tum vero potius q̄ tum autem: quod vir audeas dicere. Item agevero: sane vero: enimvero: atvero: potius q̄ age autē: sane autē: enim autē: iam autē: que duo postrema nequaq̄ dicam. Incipimus preterea maiora quedā capita per vero potius q̄ per autem. Econuerso nō autem potius dixeris q̄ nōvero: licet recte ⁊ indifferenter dicatur: vero nō: vel autez nō: sine repetitione eiusdē verbi. Hā quoties he particule vero ⁊ autem ponūtur cum negatione: non cōuenit in contradictione verbum nō longe positū repeti: sicut cōuenit quādo sola negatio precedat si ue sequatur. Poete tñ illud non obseruant.

Porro. Porro idē significare videt qđ aūt ⁊ vero: ꝫ cōis est ordinis: vnde dicere licet age porro: sicut age vero: sed in principio orationis licet dicere Porro qui vbi per aūt ⁊ vero dicetur. Qui autē vel qui vero. Habetq̄ porro alias apud poetas significationes: vt longe: certe postea: ⁊ vltra significare videatur: vnde sepe in medio inuenitur. ¶ Exempla fere patent in textu. Cui adieci has particulas potius: concinnius: venustius ⁊c. Sic eñ vbiq̄ intelligendus est: vt author protestatus est.

Wanci. Quo circa paruꝫ militat contra ipsum qđ affert Wancinellus: est tamen vtile cognitu: ne nullos affirmem⁹ secus locutos: dicit eñ sic. Neq̄ aūt qui dixerit recte quidem dixerit neq̄ aūt Apuleius enim lib. j. floridorum sic ait. Proconsulis autē tam bella sententia est: qua semel lecta: neq̄ augeri litera vna neq̄ minui potest ⁊c. Quod quidem Laurē. ita notasset si tunc forte occurrisset ei. Apulej enim authoritas apud Lauren. valuit. Unde vbi de puluisculo scribit: ait Wasculino tñ protulit Apuleius. Dicit enim nobilem puluisculum Affert ⁊ alibi Apulej authoritatē. Nō vero Nōvere. quoq̄ dicere licet. Tul. nāq̄ in catone maiore seu de senectute sic ait. At ij quidē mortui sunt: nō vero tā isti q̄ tuipse nugator ⁊c. Pre Jā autē. terea iam autem recte dici poterit. Curtius vero aūt enim libro. ix. sic ait. Jam autem scitis: ⁊ quā tum sine rege valeat exercitus: ⁊ quid operis in me vno sit. Hec ille. Quorum quia singula affert exemplā: ostendunt rarum contrarium esse vsum.

De Uero: Autem: Porro. Cap. lxj.

Uero et aūt nōnihil discrminis in vtendo habent.

Ero ⁊ autē idē significāt: ⁊ eodem in loco poni possunt: ancedēte vtiq̄ aliqua dictiōe: nūq̄ eñ ab his snia incipit. Collocātur autē frequenter vt nusq̄ referantur: sed tantū distinguant sententiam a sententia: vt meaipsius verba declarant: vbi sum vsus modo autem. Habent tamen aliquando nescio quid differentie in vtendo. Cur namq̄ non dicimus neq̄ autē: sicut neq̄ vero: vt Quintilianus. Neq̄ vero me Lacedemonij atq̄ Athenienses magis mouerunt q̄ populus Romanus: apud quē summa semper oratoribus dignitas fuit Item tum propter hoc: tum vero propter illud: non autem tum propter hoc: tum autez propter illud. Contra: non dicimus: non vero sicut non autem: vt sum tibi amicus: non aūt assentator. Muta illud aduerbiū ⁊ habebit locū vero sic. Sum tibi amicus: assentator vero nō: vel assentator autē non: et in quibusdam similibus. Incipimus eñ maiora quedam capita per vero potius q̄ per aūt. Uer. Junonē cum venere sic loqui incipiētem facit. Egregiam vero laudē ⁊ spolia ampla refertis. Tuq̄ puerq̄ tuus. Et ad Serui. Sulpitiū scribens Cice. ita epistolā incipit. Ego vero Serui vellē (vt ais) in meo dolore adfuisses. Preterea nō dicas ita: age autē: sane aūt: iam aūt: enim aūt: at autē: vt age vero: sane vero: enim vero: vtvero: iamvero: atvero: Atq̄ vt in quibusdam locis hec duo et cetera similia a me prius enumerata habent gratiam si ponantur: ita in quibusdam non habent: quale est quum idem verbum repetitur hoc modo. Quintilia. Pro patre mori possum: coram patre non possum. Non recte dicas: coram patre autem non possum: nisi reticeas verbum sic: corā patre autem non. Atq̄ hic sequitur negatio: aliquando autem antecedit. Cicero. Tu quum principem senatorū auunculum domi habeas: ad eum nō refers ad eos refers qui suam domum non habēt: tuam exhauriunt. Quare nō de eo modo intelligitur: quoties verbum sine contrarietate repetitur: vt idem. Tribues his temporibus quantū poteris: poteris autem quantū voles. Neq̄ quoties aliquid perlongum est tio verbi aut nōnihil immutatur. vt idē in Uerrē. Nō qñ licita

Neq̄ vo
Pro patre mori possum
Tū vero
Nō autē.
Uero nō
Aūt nō.
Agevo.
Sane vo.
Eni vo.
Jāvero.
Atvero.

enim inquit illud peto quod soleo quum vehementius contendi impetrare vt reus absoluatur nõ peto: sed vt potius ab hoc q̃ ab alio accusetur id peto. Et in Philippi. Ego autem veteranos tueri debeo: sed eos quibus sanitas est certe timere non debeo. Tale non fuit Lactantij qui ait. Sed (vt dixi) venia concedi potest imperitis: et qui sapiẽtes se non fateantur. His vero non potest: qui sapientiam professi: stultitiam potius exhibẽt. Ego dixissem his non potest. Poete hoc nõ seruant. Uergi. Non erit auxilio nobis Etholus ⁊ Arpi: At Mesapus erit. Ouidi. Non formosus erat: sed erat facũdus Ulisses. Porro licet eiusdem significationis sit cuius vero et autem: tamen vt puto pro illis ponere non possis: nonnunq̃ tamen eundem locuz sortitur: vt agevero: age porro: sed illud nũq̃ in fronte sententie collocatur: hoc autem sepius: vt Quinti. Porro qui confessum defendit non absolutionem sceleris petit: sed licẽtiam. Per illa diceremus: qui vero: aut qui autem confessum defendit. Apud quosdam et presertim poetas volunt significare longe certe postea: vltra. Ideoq̃ sepe non in principio sentẽtie: sed in medio inuenitur.

Lactantiũ vallatarat.

Epitome capitis. lxij.

¶ Siquidem quando vna pars est rationalis est coniunctio significans idem qõ nam. Quando due partes si est conditionalis: et quidem quasi certe quomodo deberet si produci: quum tamen ab Ouidio corripiatur. ¶ Accurate autem notandum est: quando vna et quando due sunt partes: nam in significando lata est differentia: vt textus dilucide docet. In Quintiliani autem exemplo vbi dicit: velut muneri .i. in munus: aut pro munere: non est legendum numeri: neq̃ numerum. Et paulopost. Siquidem et remigem cantus hortatur: hoc est remigantem non autem regimen: vt quidam imperesserunt.

siquidẽ. Siq̃dẽ q̃ internoscí possit cum vna sit dictio aut due.

¶ De siquidem Capit. lxij.

Siquidem ex si ⁊ quidem compositũ videtur: sed cur nec primam sillabam longam habet: quum si longa sit: nec significationem alicuius harum vnde componi dicitur dictionũ: Est enim siquidem idem qõ nam: vt apud Quinti. Atq̃ natura ipsa videtur ad tolerãdos facilius labores musicam velut muneri nobis dedisse: Siquidem ⁊ remigem cantus hortatur. Et Ciceronem. Confiteor eos nisi liberatores populi Romani conseruatoresq̃ reipublice fuerint: plus q̃ sicarios: plus etiam q̃ parricidas esse: siquidem est atrocius patrie parentem q̃ suum occidere. Nõnulli non internoscunt quando siquidem est vna dictio: quando dupler: quod internoscere facile est: vt apud eosdẽ ambos: priorem lib. iiij. Quare illud stultissime precipitur quod defendi non potest: silẽtio siquidem dissimulandum:

Asinius Cicero. Nã ⁊ robur ⁊ soboles militũ interiit. si q̃ q̃ nunciã tur vera sunt.

est illud de quo iudex pronuntiaturus est. At si extra causam sit adductum ⁊c. Posteriorem pro milone. Deinde profectus est id temporis: quum iam Clodius (siquidem eo die Romam venturus erat) redire potuisset: et pro flacco. O morem preclarum disciplinamq̃ quam a maioribus accepimus: siquidem teneremus: ſz nescio quo pacto iam de manibus elabitur. In hoc tamen significato apud Ouidium reperitur. libro. iiij. Fastorum prima syllaba breui tanq̃ sit dictio composita. Sed si forte tibi non est mutabile pectus. Statq̃ semel iuncti rumpere vincla tori. Hoc quoq̃ tentemus: siquidem ieiuna remansit. Sin minus inferni coniugis vxor erit

Collu. in ptatione Accidit huc q̃ illi quem nos pfectuz esse volum⁹ agricola siquidez artis cõsũmate sit.

Idem libro. iij. sine titulo. Que mihi ventura est: si quidem vẽtura senectus. Quum desit numeris ipsa iuuẽta suis. In altero significato apud Lucanum libro. iiij. Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli. Dux cause melioris eris.

¶ Epitome capitis. lxiij.

¶ Sin raro ponitur nisi precedat si: saltem subintellectũ: idemq̃ est qõ sed si: aut sinautem: quod posterius non includit negationem sed oppositionem: nisi addatur minus: aut alia particula negatiua: neq̃ si idem est qõ siquidem: licet Seruio videatur. Apud quosdam tamen prestantis viros Hieronimum nõ notat vt cuius non sunt illa Apocalip. secundi verba: nec similiter in euangelio: nam alterius putatur translatio.

Quippe Utpote. profecto Utiq̃. Nempe. Nimirũ. Sane. Certe. Certo. Siquiõ.

¶ De sin. Capit. lxiij.

In pro si nunq̃ in prima parte collocatur: sed in secunda: vbi fere duorum est oppositio atq̃ hoc siue vocali sequente siue consonante. Teren. Si illum relinquo: eius vite timeo sin opitulor: huius minas. Et alibi. Si hoc celetur: in metu: sin patefit: in probrosiem. Non nunq̃ sin vnum reperitur: sed quod secundi loci vicem obtineat: vt Sallustius. Imperat vt precio: sicuti multa confecerat. Insidiatores masinisse paret ac maxime occulte. Sin id parum procedat quouis modo. Numidaz interficiat: id est si potest occulte: si non potest vtcunq̃. Quorundam tamen vsus est: vt dicant sinautem pro eo qõ est si non: quasi in sin: aut in autem sit negatio. Mirarerq̃ de vulgo: nisi id apud quosdam prestanteis viros reperirem. Quale est illud in Apocalip. Sinautem venio ⁊ mouebo candelabrũ tuũ quũ presertim paulo post dicatur. Si quo minus ventã. Ego vero invtroq̃ dixissez: sin minus: vel sin aliter. Et in euangelio. Si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax vestra: sinautem ad vos reuertetur. Et alibi. Si dẽaccipi quidem fecerit fructum: sin autem succides valle nõ illam. In quibus oĩbus grece negatio adest placet: ſz Seruius vult nonnunq̃ si accipi pro siquidem: vt ibi. Tua si tibi maenala cure: quod dicat. mihi minime placet.

Sinaũt.

Sip siq̃ fra

id seruꝰ

¶ Epitome capitis.lxiiij.

Quoniã Utpote. profecto Vtiqꝫ. Certe. Nimirũ. Nempe. Sane. At. Uero. Certo. Scio. Certum scio. certescio

¶ Quippe:vtpote:profecto:vtiqꝫ:nimirũ:sane:certe vel certo:similiora sunt in significatione:certe vel certo:similiora sunt in significatoꝫ siquidem non multũ tamẽ ab eo differunt: presertim duo quippe ⁊ vtpote:que causatiue sunt. Nam quippe videtur esse q; certe. Unde quippe siquidẽ nam namqꝫ etẽm precedente aliqua particula reddũt precedẽris dicti causam. Quoniã autez exoritur causam. Unde idem dicere possum per quoniã in principio positum:⁊ per quippe secundo loco:sequente cum aut relatiuo:aut etiã sine vtroqꝫ. Utpote autem simillimũ est quippe: nisi q; verbũ suũ non habet:habet eñ post secũ:vel relatiuum sicut quippe. Profecto et vtiqꝫ affirmant:sed vtiqꝫ a Cicerone non frequentatur sicut profecto. Sunt autem ambo apta respõsioni:cũ idem interrogamus et respondemus:sicut et certe et nimirum:sed maxime omniũ nempe: qõ tamen nõ precedente interrogatione etiã in principijs locum habet:vt nempe hoc assidue. Nempe hoc quesisti. In quibus tñ tacita videtur precessisse questio. Sane ⁊ affirmatiue:⁊ pro valde accipitur nõnunqꝫ cũ superlatiuo ⁊ permissiue. Certe modo affirmat:modo pro saltem accipitur sicut at cum ⁊. Uero semper affirmat:vt ⁊ certe apud Ciceronem: sicut et sane apud Quintilianum: cum scio dicitur potius certo qꝫ certe: hec summa est. ¶ Exẽpla patent in textu. Mãcinellus huic vltimo adiicit nõ nihil dicens. Hic addã dici quoqꝫ certũ scio. Ualerius maximus li.ij.c.ij. Naz oculos tuos certũ scio clarissima in luce tenebris offusos ingens opus animi intueri nequiuisse. Inuenit ⁊ sepe certe scio. Hec ille.

¶ De Quippe:Utpote:Profecto:⁊ Vtiqꝫ: Nẽpe ⁊ Nimirũ:Sane:⁊ certe. Cap.lxiiij.

Quippe Utpote. profecto Vtiqꝫ. Nempe. Nimirũ. Sane. Certe. Certo. Siquiꝺ.

Quippe ⁊ vtpote:pfecto ⁊ vtiqꝫ nẽpe et nimirum:sane ⁊ certe vel certo similiora sunt quidẽ in significato qꝫ illud qõ modo dixi (de siquidem loquor) sed ad hoc ipsum proxime accedũt:presertim duo quippe et vtpote: que licet vulgo accipiantur pro certe: cui non omnino equidem repugno tamẽ malim accipere pro causatiuis:vt Quinti. falsa enim est querela paucissimis hominibus vim percipiendi que tradantur esse concessam plerosqꝫ vero laborem ac tempora tarditate ingenij perdere. Nam contra plures reperias ⁊ faciles in excogitando:⁊ ad discendum promptos. Quippe.i.homini naturale/ac sicut aues ad volatuz:equi ad cursum:ad seuitiam fere gignũtur:ita nobis propria est mentis agitatio atqꝫ solertia: vnde origo animi celestis creditur. Atqꝫ licet huiusmodi dictiones eodem tendant:tamen vsu dissident:⁊ quasi diuerso itinere ad idem perueniunt: vt enim pro quippe hoc in loco recte dicam siquidez: vel nam aut namqꝫ:vel enim aliqua dictione antecedente ad hunc modum. Id enim est homini naturale:ita rarius per quoniam/que cõiunctio habet aliũ suum vsum qui nulli horũ alteri concedatur: vt in hoc Tulliano exẽplo. Quoniã vtriusqꝫ consilij causam. P. C. probatã vobis esse confido:priusqꝫ de republi. dicere incipio pauca loquar de hesterna. M. Antonij iniuria. Hoc idem per quippe sic dicam. Priusqꝫ de republica dicere incipio. P. C. pauca loquar de hesterna. M. Anto. iniuria:quippe probataz vobis esse confido causam vtriusqꝫ cõsilij:vel quippe quum probatam vobis esse cõfidam: vel quippe qui probatam vobis esse confido vel confidam. Huic simillimũ est vtpote:pterqꝫ primo modo. Non enim habet suũ verbum:quale foret:vtpote:id est:homini naturale. In ceteris oĩbus vsum habet. Plinius de naturali historia. Utpote quum quidẽ annuo ⁊ biennij spatio durauerit. Cice. ad Attĩcum. Me incõmoda valetudo qua iam emerseram:vtpote quum sine febri laborassem tenuit. Idem ad eundem. Ea nos (vtpote qui nihil contemnere solemus) nõ pertimescebamus. Et in Philippicis. Lucius quidẽ frater eius vtpote qui peregre depugnauit:familiã ducit. Sallu. in Catil. Antonius procul aberat vtpote qui magno exercitu locis equitoribus expeditos in fugam sequeretur. Hic subiunctiuo:ille indicatiuo vsus est. Nõnunqꝫ sine quum:⁊ sine relatiuo reperitur ⁊ nescio an frequentius:cuiusmodi esset hoc. Antonius aberat a bello:vtpote eger ac iacens in lecto. In qua forma etiã reperit quippe:vt Quin. Si alienum ⁊ ignotum:tamẽque communis omnium mortalium:quippe sub vno parente nature cognatio est: hominem cibo forte iuuissem pena dignum:viderer seruasse perituram animam. Titus Liuius li.iij. Notam iudici fabulam petitor quippe apud ipsum authorem argumenti peragit. Profecto autem et vtiqꝫ sine dubio affirmant. Sed hoc secundum nonnunqꝫ aut fere nunqꝫ apud Ciceronem: apud posteriores frequenter: vt Quin. Solẽt huiusmodi negotiatores aliquid proprium ac priuatum stipulari: vtiqꝫ cum alienam rem vendunt. Quod non ita solet ad responsionem adhiberi: vt illud alterũ: vt Cic. Quis hoc renuntiauit? is profecto qui interfuit. Licet idem facere per certe: vt idẽ. Tantam sollicitudinem bonorum: tantũ timorem omnium in quo meminimus? certe in nullo. Et per nimirum: vt Quinti. Demus id quod nullo modo fieri potest idem ingenij/studij/doctrine/pessimo atqꝫ optimo viro: vter melior dicetur orator? Nimiruz qui homo quoqꝫ melior. Sed vsitatuz olim maxime est nempe: vt Cice. Apud quem hec dico? Nempe apud eum qui quum hec sciret: me tamẽ anteqꝫ vidit: reipubli. reddidit. Nonnunqꝫ sine interrogatione. Horatius enim quãdam epistolam sic inchoat. Nempe hoc quesisti: et Persius. Nempe hoc assidue dirit. Quint. quoqꝫ inqt. Nempe enim in hoc plurimũ laboris exhausimus vt rhetoricem ostenderemus bene dicendi scientiam et vtilem ⁊ artem ⁊ virtutem esse. Sane tum affirmatiue sumit: vt ita sane:

profecto. Utiqꝫ

Certe.

Nimirũ.

Nempe.

Sane.

sane vero tũ pro valde vt homo sane nobilis
Interdum cum superlatiuo: vt Suetonius
de vita Cesaris. Bellũ sane difficillimũ ges-
Sane p̃- sit. Tũ permissiue: quoties aliquid aduersa-
missiue rio tribuimus: vt sit sane vt ais: vt Quintili.
accipit. Tulerit sane filius noster merito penas: de-
derit spirtum supplicio: nihil de preterito lo-
Certe. quamur: quasi esto ita sit vt vis Certe modo
affirmat: modo pro saltẽ accipitur: vt nõ po-
Ait inter tero tangere: certe potero videre: vel at certe
dũ idẽ q̃ Ideo dixi q̃ pro saltem accipitur q̃ hãc ean-
saltem si dem sententiã nihil differre puto ab ea: que
gnificat. est non potero tangere saltẽ vel at saltem po
tero videre. Adiũgitur aũt illud at: quomo-
do iungitur sed cum tamẽ: licet alterum eo q̃
sufficeret: significat enim nõnunq̃ at idẽ q̃
saltem: vt in illo Vergilia. At Mesapus erit.
Et certe Certe coniuncta cũ coniunctione et: semper
et sane. affirmat. vt Lice. Et certe contra Cesarẽ est
ingressus armatus. Apud Quintil. Et sane
frequẽter: vt lib. j. Et sane quis concipiat vel
declamantis habitũ: vel oratis vocẽ: incessũ: pronũciationem: illũ denique animi & cor-
poris motũ? Certe coniũcta cum scio simili-
busq̃ verbis solet mutare e in o: vt certo scio:
sicut dicimus: manifesto scio p manifeste: ap
to p apte: liq̃do pro liq̃de: tuto p tute: & filia.

¶ Epitome capitis. lxv.

¶ Ut accipitur eleganter pro quippe: seu vt
pote sequente cum aut relatiuo: interdũ etiã
quasi p scõz q̃. Exẽpla in tex. clarissima sunt.

¶ De Ut Capitu. lxv.

Ut. Vt pro quippe siue pro vtpote ac
cipitur sequẽte relatiuo: vt Quin-
ti. Quoz me vt cuius interiecto
mari non fortunam quisq̃ nosse
non natales: non patrẽ poterat:
vna tũ res faceret apud quosdam miserabi-
lem: q̃ videbar inique comparatus. et alibi.
Jam illud dirimus: quãto plus nitoris & cul
tus demonstratiue materie: vt ad delectatio
nem audiẽtũ cõposite: q̃s que sunt in actu &
cõtentiõe suasorie: iudicialesq̃ pmittãt. Ubi
est vt: licet ponere quippe vel vtpote. Quin.
vt frequenter vtitur: vtpote aũt raro: et alibi
Hec ignoro igitur quos transeo: nec vtiq̃ dã
no: vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis
aliquid. Et alibi. Theopõpus his proximus
vt in hystoria predictis minor: ita oratori ma
gis similis: vt qui anteq̃ est ad hoc opus so-
Ut aliq̃ licitatus diu fuerit orator. Aliquãdo accipi-
p quasi tur quasi pro scõm. vt Lice. Aut sermo: que
ẽm acci- precepta: quanta notitia antiq̃tatis: scia iu-
pitur. ris: auguri: multe etiã vt in homine Roma-
no litere. i. scõm id quod solent scire Roma-
ni. Et alibi. Posteaq̃ Clisthenem multũ vt
temporibus illis valuisse dicẽdo. i. scõm illo-
rum temporum eloquentiã. Et iterũ. Deni-
q̃ hunc proximo seculo Themistocles inse-
cutus: vt est apud nos perantiquus: vt tem-
poribus illis non ita sane vetus. Et iterum
atq̃ iterum in eodem Bruto. Fuit vt tẽpori-
bus illis luculentus: erat quũ literis latinis:
tum etiam grecis vt temporibus illis eruditus. Erat etiam in primis: vt tẽporibus illis
grecis doctrinis institutus: quorum vrius q̃
orationes sunt: vt in asiatico gñe laudabiles

¶ Epitome capitis. lxvj.

¶ Ab. l. r. & i. cõsonanti venuste p̃ponit abs ab & abs
t. & q. vt aũt Prisscia. docet: ab vel abs prepo-
nuntur vocali: ab: tam vocalibus q̃ cõsonã-
tibus: non male sonãtibus vt dictis tribus &
d. & interdum. n. ¶ Unde Manci. de ab lon- Manci.
ge melius Prisscia. edocuit. Ait enim lib. j. de
duodecim carminibus. A quidẽ vel abs vo-
cali sequente nõ ponemus. Ab vero nõ solũ
vocalibus sequentibus: sed etiam consonãti
bus quibusdam nõ male sonantibus antece
dente ab: vt abduco: abdo: hec ille. Licet igit
etiam dicere ab duce: ab domo. Sepius de-
niq̃ reperitur ab cõsonante sequente prepo-
sita. Plt. lib. ij. ca. ix. Et in tenebrarum reme-
dium ab natura repertũ. Item lib. xix. ca. ij.
Mox Cesar dictator totũ forum Romanum
interit: viamq̃ sacram ab domo sua ad Cli-
uum vsq̃ in capitoliũ &c. Plura inuenies et
in commentariis Cesaris: & in Ti. Liuio atq̃
aliis. hec ille. Quibus claret qualis sit cẽsor:
quando dicit Prisscianũ longe melius edo-
cuisse. Hã multis quidẽ videtur melior Lau-
rentiana preceptio: que presupponit dictum
Prisciani. Declarat aũt quibus consonanti-
bus ab preponi velit: quum enim ille tantũ
de d erẽplificet: addit hic q̃ etiam. l. r. & i. cõ-
sonanti venuste preponitur.

¶ Quib9 cũ literis iungit ab & abs. Ca. lxvj ab & abs

B cum duabus liquidis: & cũ i q̃ fit consonans adiũgi solet: vt ab le-
ge: ab legatis: ab literis: ab rege: ab
rogo: ab re: ab Joue. Abs vero cũ
t vt abs te: abs Tito. Interdum vero cum q
vt Terent. Abs quiuis homine beneficium
accipere gratum est.

¶ Epitome capitis. lxvij.

¶ Continuo / statim / & protinus / precedente
negatione: aut addita particula interrogati
ua vim negãdi hñte: sign̄t quasi nõ iõ aut nõ
ideo. Protinus aũt sine negatiõe valet inter-
dũ quasi simul aut etiã. Exẽpla patẽt in ter.

¶ De cõtinuo / statim / ptin9 / cũ nõ. Ca. lxvij

Cõtinuo. Continuo / ptinus / statim: quid
Non ptinus significent notum est: quibus ad
Nõ statim dita negatiõe significatio fit qua
lis non ideo. vt de oratore Lice.
At si ille seditiones saluti huic ci
uitati fuissent: non continuo si quis motus
populi factus esset: id. C. Horbano in nefa-
rio crimine & fraude capitali esse ponendum
Quintilia. Non autem vt quicquid precipue
necessarium est: sic ad efficiendum oratorem
maxime protinus erit momenti. Et iterum.
Neq̃ id statim legenti persuasum sit: omnia
que omnes authores direrũt vtiq̃ esse per-
fecta. Eãdem vim obtinet interrogatio quã
negatio: vt idem. Continuo ne si ille stulte Conti-
cogitauit: nobis quoq̃ stulte dicendum est: nuo ne.

Tãtum abest cũ vt.

Eadẽ est duorum modorũ ptantuz abest loquẽdi significõ. Nõ solũ. Nõ mõ. Nõ tñ. Nedum. Tãtũ abest inter duz sine gemina-tione & si ne ablõ repenit.

Eidem vim obti net inter rogatio: ꝙnegō/ in aliqt dictioni bus.

id est: num ideo? cuius significationis mutate hec causa est: quod nō plane recessum est a prima illa sua et naturali: quasi dicatur num aut non propter hanc solam et se primo offerente elegāter in ea parte vbi abest negatio. Nō quia mulier statim ⁊ ancilla. Si autem ancilla: statim et mulier est. Tollendum enim erat

Protinꝰ Alij oīa legunt.

posterius statim. Protinus (vt ego interpretor) pro simul siue etiam aliquādo accipitur. Uergi. Quinti. protinus omnem perlegerēt. Quin. Traxerat ex firmitate mentis magnā protinus ⁊ in membra constantiam. Etenim quod statim fit: quasi simul fit.

¶ Epitome capitis. lxviij.

¶ Tantum abest sequente simplici aut gemino: vt venuste exprimit quod per nedum: non solum: nō modo: vel nō tantū dici potest: et a Quintiliano per ⁊ tantū nō: vel tantūꝫ non. ¶ Uerbi gratia. Dicere possum: tantū abest vt fratrem tuū occiderim: vt ne viderim quidem: aut per nedum sic. Ego fratrem tuū nō vidi: nedum non occidi: aut per nō solum: seu non modo: aut non tantum sic. Ego non solum non occidi fratrem tuum: sed neꝫ vidi vnꝫ. Per et tantum non sic. Fratrem tuum non vidi: ⁊ tantum non occidi: id est: tantum abest vt occiderim.

¶ De tantū abest: tantūꝫ nō. Cap. lxviij.

Tātum abest cū vt.

Tantum abest: aut vnuꝫ vt post se habet: aut duplex. Unum sic. Licero. de offi. Tantū abest ab officio: vt nihil officio magis possit esse contrarium. Idem pro Marcello. Tantum abes a perfectione maximorū operum: vt fundamenta nōdum que cogitas ieceris. Duplex sic. Idem pro lege Manilia. Tantum abest vt aliquam bonam gratiam quesisse mihi videar: vt multas etiam simultates partim occultas/partim apertas subeundas mihi esse intelligam. Quem modum loquendi a grecis mutuati sumus. Hos autem duos quos attigi modos idem significare ex hoc liquebit: ꝙ alterum in alterum conuertere licet: sic. Tantū abest vt officium sit: vt nihil officio magis possit esse contrariū. Item tantum abes vt maxima opera perfeceris: vt fundamenta nondum que cogitas iecerie. Rursus tantum absum a comparatione alicuius bone gratie vt multas etiam simultates ⁊c. Quin quo planius huiusmodi orationis sensus patefiat: resoluamus per non solū: vt non solum aliquam bonam gratiam quesisse non videor: sed etiam multas ⁊c. Itē nō modo officium nō est/verumetiam nihil magis officio potest esse contrarium: et non tantum abes a perfectione maximorum operuꝫ: sed fundamenta quoꝫ nondum que cogitas iecisti. Potest ⁊ in nedum resolui: vt supra docuimus: sed hoc faciendum legentibus relinquimus. Aliquando tantum abest et sine genitione ⁊ sine ablatiuo reperimus: sed perꝫ raro vt in Curionem Licero. Tantum abest vt in Catilinam. Tantum abest vt in Pisonem. Tantum abest vt in Milonem. Tantum abest vt in Uerrem. Tantum abest vt in Antonium. Tantum abest vt in Rullum. Tantum abest vt in Flaccum. Tantum abest vt in Uatinium. Tantum abest vt in Gabinium. Tantum abest vt in Pisonem. Tantum abest vt in Milonem. Tantum abest vt in Uerrem. Tantum abest vt in Antonium. Tantum abest vt in Rullum. Tantum abest vt in Flaccum. Tantum abest vt in Uatinium. Tantum abest vt in Gabinium.

Eadēest duorum modorū ptantuꝫ abest loquēdi significō. Nō solū. Nō mō. Nō tm. Nedum. Tātū abest inter duꝫ sine

Tātū nō tantūꝫ non.

abest vt inflammares nostros animos: somnum isto loco vix tenebamus. Apud Quin. hec exēpla non inuenī: sed tale genus loquendi. Si vltra hostium affectus qui cesos acie sepe tumularunt: vltra tyrannos: vltra latrones parum habet nō sepelire: nisi aliorū quoꝫ officia precīderit tantumꝫ non petita ex fluctibus aqua restinguit ignem. Et alibi. Hoc triste spectaculum: et tantū non ipsi qui fecerat miserandum. Et iterum. Tantumꝫ non durum ac rusticum ⁊ parum meretricijs artibus queratur educatum: id est: tantum abest vt restingat ignem/tantum abest vt ipse misereatur: tantum abest vt queratur durū ac rusticum ac parū meretricis artibus educatum. Ualerius in. j. Tantum non suis manibus deducit: siue prope abest vel prope est: vt quod etiam e greco sumus mutuati.

¶ Epitome capitis. lxix.

¶ Simul geminatū non reperitur apud Licero. sicut apud Quint. ⁊ ceteros. Reperitur tamen interdum apud eum se sequente ⁊ geminato: sicut semel vna geminatū pro simul. At simul ⁊ pariter non geminata neꝫ sequēte ⁊ geminato: sepe apud Quin. leguntur.

¶ De Simul: Una: Pariter. Cap. lxix.

Simul.

Simul geminatum nō meminī me reperisse apud Ciceronem: apud posteriores sepe: vt apud Quinti. Simul vt pleniore obsequio demerer amantissimos met: simul ne vulgarem viā ingressus alienis demum vestigijs insisterem. Uergilius. Obstupuit simul ipse: simul perculsus Achates. Et iterum. Accelerat simul Aeneas: simul agmina troum. Licero tamen raro pro simul dixit vna: in Uerrem actione secunda. Una et id quod facio probabit: vna et in hac causa profecto neminem preponendum mihi esse existimabit. Simul non geminatum ⁊ pariter apud Quintilia. sepe. Ut homo fortis simul ⁊ sapiens: vel homo fortis pariter ⁊ sapiens. Raro cū et geminata: vt Horatius. Aut simul et iocunda et idonea dicere vite. Licero pro Roscio. Perditissimi est igitur hominis simul et amicitiam dissolure: et fallere eum qui lesus non esset; nisi credidisset.

Una.

Simul. Pariter

¶ Epitome capitis. lxx.

¶ De die hoc: id est: in quo sumus: hodie dicetur non nudiusprimus. de precedenti non pridie: nec nudiussecundus; sed heri. de eo qui hesternum precessit: non ante heri (vt barbari) sed nudiustertius: et de superiori nudiusquartus: quasi nunc dies tertius: et nunc dies quartus; nec vltra quartum numerum: licet Plautus id faciat: progrediemur: sicut nec in alijs multis. Nam biduum; triduum: quatriduum. Binoctium: trinoctium: quadrinoctium. Biuium: triuiū: quadriuium. Bimus trimus; quadrimus: nec vltra in vsu sunt. De eo autem qui hodiernum sequitur; dicetur nō postridie sed cras:

ꝛ de craſtinum ſequente: non poſt cras more imperitorũ: ſed perendie: vnde cõperendino verbum. Pridie aũt ꝛ poſtridie tam ad preteritum q̃ ad futurũ tempus adhiberi poſſunt ſic: vt pridie ſit die priori ante eum: ſcz cuius mentionẽ facimus: ꝛ poſtridie non poſt tres dies: ſed die poſtero reſpectu eius cuius meminimus. Unde proprie dicimus pridie calẽdarum vel calendas: ꝛ poſtridie. Hõ aũt ſecũdo: nec primo: quia pro eo dicimus calendis. Simile aũt dicendum eſt de nonis ꝛ idibus. A pridie aũt fit pridianus: p eo quo ſepe heſternus vſurpatur. A poſtridie vero nõ eſt in vſu poſtridianus: ſed pro eo ſemper vſurpatur craſtinus. ¶ Si quis aũt nondũ peritus fuerit calendarũ/nonarum/ꝛ iduũ: ſciat primam cuiuſlibet menſis diem eſſe calendarũ Deinde in Martio/Maio/Julio/et Octobri ſeq̃ ſex nonas: in reliquis quatuor. Poſt nonas aũt in omibus octo idus: poſt quas q̃ reſtant dies dicuntur calende ſequẽtis menſis: quia dicendo pridie calendarũ: aut calendas: videmur dicere priori die calendarum: vel die preeunte calendas: dicendo aũt tertio calendas: quaſi tertio die ante calendas: ſic tamẽ vt dies calendarũ ſit vnus. Et quia ſubaudit die: ideo in maſculino dicimus tertio/quarto ꝛc. Et quia ſubauditur ante aut iter vtimur accuſatiuo: niſi cũ pridie ꝛ poſtridie (qubus etiam genitiuũ damus) aut particulam q̃ ſaltem per ſubauditionem: nam cũ dicitur in Andria. Uenit poſtridie chremes: ſubauditur huius diei quem dixi: aut q̃ hec facta erãt. Congrue tamẽ dicas. Quicquid die lune incipio: poſtridie abſoluo. Die primo ergo die Martij dicam calẽdis martijs. de ſecũdo ſexto nonas martij. de tertio quinto nonas Martij. de quarto quarto nonas. de quinto tertio nonas. de ſexto non ſecũdo ſz pridie nonas. de ſeptimo nonis martij aut martijs. de octauo octauo idus martij aut martias. de nono ſeptimo idus. de decimo ſexto idus. devndecimo quinto idus. de duodecimo quarto idus. de decimotertio tertio idus. de decimoquarto pridie idus. de decimoquinto idibus martijs. de decimoſexto aut decimoſeptimo calendas nõ martij aut martias ſed aprilis. Non enim ſequũtur calende martij ſz aprilis. Et quo plures numeramus dies in martio eo pauciores reſtãt calende: vnde de decimoſeptimo dicimus decimoſexto calendas: ꝛ ſic deinceps.

De calẽdis. denouis de idib⁹.

Terẽ. in andria.

¶ De Nudiuſtertius: Nudiuſquartus: ac de Pridie ꝛ poſtridie Cap. lxx.

Nudiuſtertius. Nudiuſquartus Nudiuſtertiuſdecim⁹.

Nudius tertius: ꝛ nudiuſquart⁹: nec vltra progreditur: ſicut biduo: triduo: quatriduo: ꝛ binoctio: trinoctio: quadrinoctio: ꝛ non amplius: niſi putamus ſine menda ſcriptũ eſſe in Philippicis nudiuſtertiuſdecimus. Plautus (vt ſolet) licenter inquit nudiuſtertius: quartus: quintus: ſextus: ſeptimus octauus: ꝛ adhuc deinceps: vt etiam ad milleſimum fuerit procesſurus. Sed cur quemadmodũ habemus biduo ꝛ binoctio: non et tã habemus nudiuſ ſecundus? Hempe quia adeſt aliud vocabulum ꝛ quidem magis proprium: quod eſt heri. De die aũt qui p̃ceſſit heſternũ dicimus nudiuſtertiũ: ꝛ de ſuperiore adhuc nudiuſquartũ ſcz nunc de die tertio vel quarto. De ſequẽti cras. De huic proximo perendie. Cic. ad Atticum. lib. xij. Scies igitur cras: ad ſummum perẽdie. Unde dies perẽdinus: dies abhinc tertius. Ceſar in cõmentarijs. Qui ſi perteliceat: perendino die cũ proximis hybernis conĩcti cõmunem cũ reliquis belli caſuz ſuſtineant. Et cõperendinare: differre in lõguz de die in diem. Pridie ꝛ Poſtridie ſimillimã obtinent ſignificationem ei cuius ſunt Heri ꝛ Cras. Eſt emi pridie quaſi heri: non tamen preſentis diei: ꝛ poſtridie quaſi cras: non preſentis diei: ſed cuiuſdam alterius: aut preteriti: aut futuri. Preteriti ſic. Pridie q̃ itrarẽ mare: ſerena lux fulſit. Futuri ſic. Pridie q̃ intres patriam: ſacrificiũ facito. i. die precedenti quo aut mare intraſti: aut patriam intrabis. Item poſtridie q̃ pater mortẽ obiit: epulum feci: ꝛ poſtridie q̃ vxorem duxero naui gandum mihi eſt: vel cũ genitiuo ſic. Pridie illius diei: ꝛ poſtridie illius diei: quo aut hec feci: aut faciam. Vel ſine q̃ ꝛ ſine diei: ſic Uenit ad me Chremes poſtridie clamitans: ſupple illius diei quo hec geſta ſunt. Et quũ intrauiz vrbem audiui hominem pridie receſſiſſe. Dicimus tamẽ. Quuz has literas dabã erat pridie calendas Auguſti: vel poſtridie nonas: ꝛ hodie eſt pridie ludorũ. Circenſiuz cras erit poſtridie nundinarũ. Refertur emi tale tempus non ad hodiernuz craſtinumq̃ diem: ſed ad alium quendam veluti ad eum quo he litere legẽtur. Ideoq̃ errauit qui ſcripſit ſic. Quũ eum Rome domum loquendi gratia adiſſez: orauit me dicẽs: poſtridie ad me redeas. Dicẽdũ erat cras: aut ſic. Poſtridie vt redirem orauit. Rurſus non recte diciſſet ſic: Cras vt redirẽ orauit: ſed poſtridie. Atq̃ vt non dicimus nudiuſſecũdus: ita nec ſecundo calendas: ſecundo nonas: ſecundo idus: ſed pridie calendas: pridie nonas: pridie idus. Item vt nõ dicimus nudiuſprimus ita nec primo quidẽ calendas: primo nonas: primo idus: ſed calendis: nonis: idibus. Preterea ex his duobus alterum format ex ſe nominatiuũ: alteruz vero minime. Ex pridie fit pridianus: ex poſtridie non fit poſtridianus: aut in vſu non eſt: ſed pro eo abutimur craſtinus: per quod ſignificatur non modo dies ſequens hodiernũ: ſed etiam quemlibet alium Uerg. georg. j. Si vero ad ſolem rapidum lunaſq̃ ſequẽtis Ordine reſpicies: nũq̃ te craſtina fallet Hora. neq̃ iſidijs noctis capiere ſerene. Eodez quoq̃ modo abutimur heſternus pro pridianus. Teren. Jure heſterno panem atrũ vorent. Cice. Uidere videor alios intrãtes: alios exeuntes: quoſdã ex vino vacillantes: quoſdaz heſterna epotatione oſcitantes:

Nudius ſecũdus quare latine non dicatur.

Heri. Cras. Perẽdie perẽdinus Cõperẽdino. Pridie. Poſtridie.

Nõ dicẽdo aut pmo calendas.

Pridianus. Heſternus.

heſternus p pridianus dr.

Bõbarda.

tantes:non de hesterno die loquitur:q; (vt sic dicam) ab illo heri non fuerat factū cum hec dicerentur. Utimur frequētius hoc per abusionem q̄ illo naturali ꝛ ppio quo ꝛ ipso frequenter vtimur. Suetonius in vita Ty. Solēnibus ipse cenis pridiana sepe ꝛ semesa obsonia apposuit. Item in vita Cai. Marcente adhuc stomacho p̄diani cibi onere. Bartol⁹ cū leguleis suis accipit postridie p̄ post tres dies: vnde consequens fuit dicere pridie pro eo q̄ est pr̄oribus et pr̄oximis diebus. Nam ita vulgo loquuntur. Pridie emi domū:quā dicendū sit nuper:de quo nūc disseramus.

Bartol⁹ postridie pro post tres dies accipit:et an recte.

¶ Epitome capitis.lxxj.

¶ Dudum de modico tēpore dicit:hore vel licet vnius aut duarum: aut diei:aut mensis pro cōditione materie seu actionis. Nuper et Pridem de longiore vtpote mensis:aut anni vnius:aut plurīū pro conditione quoq̄ materie. Olim vero de magno tempore:siue anteacto:siue futuro. Sed interdū etiam pro dudum:aut pro aliquādo accipit. Idem quoq̄ tempus importat per iamdudū. Jampridez: Jamdiu: Jamolim seu olim iam: q̄ per simplicia: sed simplicia etiā locū habent q̄n significatio verbi est momētanea atq̄ transitoria: neq̄ persistit seu permanet. Composita vero dumtaxat tunc q̄n est persistens ꝛ continuata ad tēpus vsq̄ designatū: vt in sequēti capite latius patebit. Exempla omnia late patēt in textu: sed de ratione ac vsu horū vocabulorū latius explanabimus in sequētis capitis declaratione. Bombarda videt dicta a bōbo.i. sono:ꝛ ardeo:q; cum ardore fit sonus ille.

Bōbarda.

¶ De Dudum: Nuper et Pridem compositisq̄. Capitulum.lxxj.

Dudum iāduduz Nuper. Pridem Jāpridē

DUdum et Jamdudū de paruo tempore vnius hore: aut semihore: aut duarum horarū: aut certe breuissimi tēporis. Nuper siue Pridē: et Jampridem de longiori tpe decē: aut viginti dierum: aut mensis mensiū ve: ꝛ nōnunq̄ annoꝝ pro cōditione materie. Item dudum ꝛ nuper seu pridē de re siue actione que nō insistit:sed statim transit. Jamdudū ꝛ iampridē de re siue actione que insistit ꝛ immoratur:illa preteritum vtiq̄ postulant:hec frequentius presens nōnunq̄ etiā preteritū:dudū intraui:ꝛ iādudum te expecto.i. hora aut semihora est: vel due vel tres vel (vt m'trū) quatuor:ex quo intraui:ex quo te expecto. Sed ipsa actio intrādi nō insistit:sed statim desinit. Secus aūt expectandi actio. Jrē nuper ex Sicilia rediī:et iampridem ex Sicilia absum:vel iampridē ex Sicilia rediī.i. supr̄oribus diebus mēsibusve ex Sicilia rediī:ꝛ iam multi dies sunt vel aliquot mēses ex quo absum ex Sicilia:vel quo ex Sicilia rediī. Hic cōtinuatio intelligit tēpus:illic minime. Hic significat moraꝝ:qua in hoc loco immoratus sum:illic momentum illud applicationis. Ceterū q; dixi nup et iāpridem nō modo mēses cōplecti verūetiā annos pro cōditione materie: tale exemplū sit.

Nuper inuenta machina:quā bombardā vocant.i. nō multo tpe abhinc. Jampridē bombarda in vsu est:hoc est iam aliquāto ab hinc tempore in vsu est. Cic. de Diuinatione. Neq̄ ante philosophiā patefacta:que nuper inuēta est:hac de re cōis vita dubitauit. Idem de amicitia. Neq̄ em̄ assentior his: q̄ nuper hec disserere ceperunt: cū corporibus simul aias interire: atq̄ oia morte deleri. Quid attinet hic plura exēpla repetere:quū nemo alr locutus sit? Forsan aliq̄n poete/apud quos legimus iamdudū pro cōtinuo: sed fere in pſona loquente:ꝛ alios vt maturēt hortāte:vt Ver. Jamdudū sumite penas:rarius iampridē vt fecit Luca. Tollite iampridē victricia tollite signa. Nisi iampridē victricia dicamus:quare Boet. male videt voluisse imitari vnū locum M. T. in rheto. dicentis. Aliq̄n rñdendū est primū his que aduersarius nuperrime dixerit:quū in cōmentarijs dialecticis inq̄t. Hoc autem q̄ nuper diximus:quū dicere debuisset vltimo: aut nouissime: aut postremo:aut proxime. In Saturnalibus quoq̄ Macro. Jamdudū inquit hec questio ab Aristo. ꝛ p̄posita est ꝛ soluta:quū dicere debuisset iāpridem:aut potius iam olim. Plī. etiā maior (si vere scriptū est) lib. xxiij. sic inq̄t. Somno vero ac securitatibus iamdudū hoc fuit q̄ illi helena ante cibū ministrauit. Et iterū li. xix. Jamdudum ex eadē Hispania zelicon venit in Jtaliā plagis vtilissimum. Et Liui. lib. xlj. Jn eo captiuoꝝ numero fabri qui dudū fuere assueti apud penos Mercede opus in arce Lucroꝝ facere. Pridem aūt ꝛ nuper idē significant. Est aūt nuper nō longo tpe a nūc: interdū nō longo tpe a tūc: vt Curt. Qui nuper ab Alexādro missi erāt. Tit. Liui. Tunc hec ipsa agebat aios indignitas:nō in retinēdis modo publicis agris:quos vt teneret pti nacem nobilitatē habere:sed ne vacuuz quidem agrum nuper ex hostibus captū plebi diuidere. Cice. de Orato. li. ij. q̄ multa de balneis quas nuper ille vendiderat. Pridē vero ratum est. Plī. li. vij. natu. hist. Jpsi vero pridem vidimus eadē ferme oia:preter puberta tem in filio Cornelij taciti equitis Romani. Paulus iurisc̄osultus. Et nō est mirū si pecuIium q̄z defuncti pridē filij defert p̄ri. Ulpianus tenetur eū ordinē tenere:quē pridem habuit modestinus. A literis pridez sibi editis. Sepius cū negatione:ꝛ cū q̄:ꝛ cum ita Plī. li. xv. Medici nō pridē venere in Jtaliā. Cic. pro Roscio comedo:q̄ pridem nomē Fannij in aduersario retulisti? Idem in Bruto. Fuit em̄ regnāte iā Grecia: nr̄a aūt ciuitate nō ita pridē dñatu regio liberata. Papinian⁹. Idē in vectigalibus nō ita pridē constituтū est:vt sui tp̄is singuli periculū p̄starēt. Idē intelligatur in dudū: q̄ in pridē. Ut quādudū hic sedes? Rñdebis nō ita dudū vel iamdudū.

¶ Epitome capitis.lxxij.

¶ Olim de magno tpe tam preterito q̄ futuro dr:nisi accipiat pro aliq̄n aut dudum:sil'r ꝛ

Nuper inuenta machina: & Nup ꝛ iāpridē non solū mēses verū etiam ānos cōplectunt

Macro. nō recte dictione iāduduz vsus est.

Jāolim.

Nuper ꝛ pridē idez signt.

Pridem

q̄ pridē.

q̄ duduz

Olim.

Laurentij

olim iam seu iã olim: qꝺ persistentiã aut pmanentiam significari per verbũ exigit. Diu vero nihil aliud sigt: nisi per longũ tps: vñ dicã diu nauigaui: nõ tñ diu recessi: qz licet longũ tps transactũ est/ex quo recessi: nõ tñ per longum tps durauit recessio mea. Exigunt ergo diu ⁊ iãdiu ⁊ tãdiu nõ momentaneã sed persistentem actionẽ: eãqꝫ diuturnã. Unde interrogabimus potius sic: q̃ꝫdiu aut q̃ꝫpridẽ venisti: q̃ꝫ q̃ꝫdiu: ⁊ rñdebimus nõ ita diu: sed nuper aut dudũ: aut nõ ita dudũ. Et q̃ꝫdudum hic sedes: ⁊ rñdebis iamdudũ aut dudũ: aut si verũ est diu: qz sessio persistit. Nuper ꝓ quo Plau. dixit nuperus: videt quasi perparũ tẽporis: qz per syliabica adiectio sonat per tps: vt paulisper: parũper: tantisper: aliquãtisper: ppaulũ: aut parũ: aut tm̃: aut aliquantũ tpis. Estqꝫ vsitatius q̃ꝫpridẽ in positiuo: quũ prius et primũ seu primo vsitatoria sint q̃ꝫ nuperus ⁊ nuperrime: lz fere in alio sensu. Ut vero vno exẽplo rẽ patefaciã: querã. Quãdudũ intrasti nauẽ? ⁊ rñdebis dudũ: aut nõ ita dudũ: aut sane dudũ. Aut q̃ꝫdudũ fuisti in naui? et dices iamdudũ: qz adhuc es. Nã tãdudũ idẽ est qꝺ quasi tã a dudũ. Jãpridẽ quasi tã a pridẽ: ita olimiã iam ab olim: si ita dicere liceat. Recte aũt quero ⁊ rñdeo per dudũ: qz parũ tpis videtur ex quo aut intrasti aut fuisti in naui. At in ciuitatẽ si plusculos mẽses venisti: dicã q̃ꝫpridez ingressus es ciuitatẽ? ⁊ rñdebis pridẽ: aut nõ ita pridẽ: aut tres menses. Jtẽ q̃ꝫpridẽ studes istic? ⁊ dices. Jampridẽ: aut si parũ: iã dudum dũtaxat: ⁊ ita in cõsilibus. Cato Ciceronianus in li. de Senectute verba de Tarentino Archita faciẽs. Neminẽ censebat fore dubiũ quin tãdiu dum ita gauderet: nihil agitare mẽte: nihil rõne: nihil cogitatione cõsequi posset. Tãdiu dum dixit: ꝓ eo qꝺ vulgatius ꝺr tantisper dum. Cauendũ esse precipit Laurẽtius: ne verba que momentaneã actionem significãt: his aduerbijs applices: iãdiu iampridẽ: iãdudũ ⁊ silibus. Quã sane preceptionem nõ adeo ad vnguẽ obseruatã a plerisqꝫ oibus fuisse cõtenderim. Cicero nimirũ pro Roscio akr vsus videt: ita inquiẽs. Quid tu auferre potes a Flauio: si Flauius nihil debet: quid: hoc porro nũc restipulat: qz tampridem ipse exegit. Jdẽ in epla penultima primi libri eplaꝝ familiariũ. Jampridẽ ad te misissem ⁊c. Jdẽ pro Roscio. Ꝓpro Romano adhuc seruire nõ destitit sibi seruire iãpridẽ destitit. Nisi forte qs dicat i hoc postremo nihil momẽtaneũ significari vtpote quũ illa (vt ita loquar) desistẽtia sibi seruiẽdi adhuc immaneat. Quale dici poterit illud eiusdez Tullij pro illo ipso Roscio. Quẽ igit ex his tribus a me testẽ spectabis (vel forte sperabis) petitorem? Flauius est: cõtra se nũqꝫ testimoniũ dicet. Ceũ? Flauius est: is iãpridẽ est mortuus si viueret: verba eius audiretis: hec Cice. que quidẽ in Laurẽtiũ pugnare nõ possum vllatenus mihi psuadere. Mori q̃ppe momentaneum est ⁊ transiens. Mortuũ esse immanet.

Diu.

Nuper.

Jo. theo

Vallensis

¶ De olim ⁊ diu: eorũqꝫ cõpositis. Cap. lxxij.

Olim ⁊ iam olim siue olim iam: diu ⁊ iãdiu: ac tandiu habẽt aliqꝺ cũ superioribus affinitatis. Quoꝝ primum apud Cic. rarissimum: apud Quin. frequẽs: q lib. viij. sic ait. Sꝫ in foro tñ illã iã facilitatẽ olim desyderauimus. i. iãolim et alibi. Olimiã imperator: inter fulgẽtes virtutes tuas liuor locũ querit: hoc est iamolim: quod est iam a lõgo tpe. Olim pro futuro nõ apud poetas tñ. Ut Verg. Hũc tu olim celo spolijs ornẽtis onustũ accipies: sed apud oratores quoqꝫ. Unde idẽ Quin. Sunt clari hodie quoqꝫ ciusdẽ operis authores: q olim nominabuntur. Poete etiã ꝓ aliqñ: vt idẽ Ver. At olim feras posuit cũ vinea frondes. Nonnunqꝫ etiã pro iãdudũ accipit: vt Cur. li. viij. Olim enim uero mero sensibus vinctis ex lecto repẽte cõsurgit. Diu ꝓ nihil aliud significat nisi per lõgũ tps. Diu nauigaui: diu eqtaui: nõ aũt diu recessi: aut diu equũ ascendi: sed nuper recessi aut dudũ: ⁊ dudũ equũ ascẽdi. Quidã tñ sic loquunt: iãdiu est qꝫ recessi: vtentes aduerbio pro noie. Eadẽ ratio est in iamdiu et tãdiu. Jdeoqꝫ cauẽdũ est ne verba que momẽtaneã actionẽ significant his aduerbijs applices: quale est iamdiu publicaui opus: iãdiu duxi vxorẽ: sed iampridẽ: licet recte dicat: iamdiu est opus publicatũ: ⁊ iãdiu vxor mihi ducta est: nõ aliter q̃ꝫ si dicat: opus iamdiu est publicatum/adhuc tñ elimare nõ desino: ⁊ vxor mihi iãdiu ducta: adhuc tñ virgo est. Significat ergo hic ꝓtinuatio tpis: quo opus quidẽ publicatũ est vxor vero ducta manet ac perseuerat: qꝺ in illo superiore non fit. Jdeoqꝫ tuba dudũ aut iamdudũ sonuit: non iamdiu sonuit: iãdiu mortuus est: nõ iamdiu animã emisit: sed dudum: ⁊ idem in ceteris.

Olim.
Olimiã
Jãolim.
Diu.
Jamdiu
Tãdiu.
✠ Olim ꝓ futuro tã apud poetas q̃ꝫ apud oratores accipit.
Diu.

¶ Epitome capitis. lxxiij.

¶ Velut ⁊ veluti: quasi: tanqꝫ: ceu: ⁊ interduz vti imaginẽ ac transformationẽ innuunt sed sicuti ⁊ interdũ vt ⁊ vti similitudinẽ: verũ interdum cõfundunt. Quasi aũt: ⁊ quasi vero: ꝓprium habẽt modũ. Unde per illa superiora fit metaphora: per hec tm̃ cõparatio: ⁊ tertius aperte declarat. Nã in superioribus fere subauditur verbũ sum es est: aut idẽ verbũ alterius modi: in reliqs idẽ verbũ in eodẽ modo vult repeti: vt seuis tanqꝫ rex sup. esses: seuis vt: sicut: aut sicuti rex sup. seuit: et ita in alijs. Seuis velut sup. rex esses: aut seuiret: qũo exponi volunt illa superiora interueniente prepositione: vt confugio ad te tanqꝫ ad patrem: subaudi confugerem.

Velut.
Veluti.

¶ De velut et sicut quasi tanqꝫ et consimilibus. Capitulum. lxxiij.

Velut.
Veluti.

Elut ⁊ veluti ⁊ vti: tria hec similiora sunt in significatione illis tribus: quasi tanqꝫ: ceu: q̃ꝫ alijs tribus sicut sicuti: vt. Ea enim ex superiora imaginẽ innuunt hec tria posteriora similitudinem: q̃ꝫ vt ꝓtest videri generale ⁊ cõmune

Uti
Quasi.
Tanqꝫ.
Ceu.
sicut: vt.
Sicuti.

cum omnibus:necnō vti:cuius proprie est significatio:que vt. Tu irascēris tāq̄ leo:quasi canis velut visus est metaphora. Tu irascēris sicut vel sicuti leo:comparatio est. Ibi enī dico te leonem:hic aūt leoni similem:qđ hinc probatur:q̄ illud resolvitur perverbū substātiuum:hoc per idem verbū. Tu irascēris tanq̄ leo.i.tanq̄ leo esses:irascēris sicut leo.i.sicut leo trascitur. At qui quomodo hocipsum probatur:q̄ ita he orationes resoluantur potius q̄ ecōtrario? Nempe q̄ cum huiusmodi verbis contunctas inuenimus:vt incedis velut esses rex:nō autem sicut esses rex. Rursus tu incedis sicut incedit rex nō autē velut incedit rex:ita in similibus:ego sentio sicut plato sup.sentit:nō sicut Plato essem. Ego dico sicut antea:sup.dixi non sicut antea fui. Possunt tñ illa que dixi:resolui per idem verbum sed nō in indicatiuo:vt tu incedis velut incederet rex. Adeo illa que habēt prepositionē: vir aliter resolui pñt. Ego venio ad te tanq̄ ad deum:nō est dicendum tanq̄ deus esses: sed tāq̄ ad deū accederem. Denicq̄ hec subiunctiuum postulant:alia indicatiuum. Seruius pro sicut posuit velut.xj. Eneiđ. Nā diadema velut aliarum Italarum gentiū reges nō habebant. Si velim afferre exēpla viuentium:plura possem inelegāter dicta. Sedvnū interim afferaz:qui ita e greco interpretatur. Nam veluti iustum est in eos animaduertere qui aliquid perperam patrarunt:ita his qui nos beneficio fouerunt referre gratiā decet.

Ueluti p sicuti posuit:sed deceptus est quia greci ista nō distinguunt. Aliqñ ne nos quidem distinguimus:vtiq̄ cū quedam enumerantur:postea aliquid exēpli subiungimus: vt apud Ciceronem officioꝝ.j. Tamē ex singulis certa officioꝝ genera nascuntur/vel vt ex ea parte que prima descripta est. Idem de natura deoꝝ. At quid tam temerariū:tamq̄ indignū sapientis grauitate atq̄ constantia: q̄ aut falsum sentire:aut qđ nō satis exploratē perceptum sit ꝛ cognitum:sinevlla dubitatione defendere velut in hac questione. Plinius naturalis hystorie lib.ij. Preter hec inferiore celo relatū in monumenta est lacte sanguineq̄ pluisse Marco Attilio. M. Portio consulibus:ꝛ sepe alias carne sicut Lelio volumnio. L. Sulpi. consulibus:ex eaq̄ perputruisse quod nō diripuissent aues. Et iterum. Quidā vero amnes odio maris ipsa subeunt vada:sicut Arethusa fons Syracusanus in quo reddunt iacta in Alueū:qui per Olympiam fluens Pelopōnesiaco littori infundit. In hoc igitur solo modo loquendi velut cum sicut similitudinem habet:cum reliquis illis que iam enumerauī dissimilitudinē: que nequaq̄ licet ponere in tali gñe sermonis. Significant enim imaginem.i.non ipsam plane veritatem:aliquando tñ prope ipsam quoq̄ veritatem:tum affirmando:tum vero negando:vt pater tu nō amas me quasi filiū:immo te fili amo quasi filium. Ego non amplector illum velut filium:licet mihi filius sit:ille diligit me tanq̄ filium licet non attineā:hec plane imago est. Habet aūt quasi quiddam proprium:quale est:obijcis mihi q̄ vrorem repudiauerim:quasi tu idem nō feceris: vel quasi vero:que exēpla nusq̄ non plurima sunt. Uti accipi solet pro vt:ꝛ hec duo pro q̄. Uer. Nāq̄ videbat vti bellantes pergama circū hac fugerent Graij. Quin. Neq̄ ego grauissimū patrem suprema sua iuuenī iactasse crediderīz: vt heredem filiū scriberet. Seu magis est poetarum:sed quo multi et presertim Pli. vtunt. Quidam indocte his tribus vtitur p sicut.

Quasi. Uti:ꝛ vt:

¶ Epitome capitis.lxxiij.

¶ Non et sed sequente vtrumq̄ q̄ aut quia: aut alterum q̄:alterum quia:locum habēt in circunstantia cause efficientis:q̄q̄ q̄ pro quia: et ipsum quia connotant:sicut vt et quo cause finalis. Exempla sunt in tertu manifesta.

¶ De non quia:ꝛ non quod:de quo:ꝛ vt quia:et vt quod. Capm.lxxiiij.

Non quia

Non q̄.

Non quia negē hoc bene esse compositum:sed quia negē hanc esse cōponendi in oībus principijs recusem. Iterū idem Quin. et febrem quiete et abstinentia: non quia rationē videbat:sed quia valetudo ipsa coegerat mitigauit. Iterum. Quod ego nō idcirco potissimū in hac parte tractare sum aggressus:q̄ nō in ceteris quoq̄ doctoribus idem hoc examinandū q̄q̄ diligentissime putē: sed q̄ magis eius rei necessariam mentionē facit etas ipsa discentiū. Iterum. Non quia prodesse vnq̄ satis sit:sed quia hoc pspicere debet:ne quid peius q̄q̄ fecerit faciat. Ex his exēplis videre licet nunc bis quia repeti:nunc vnū q̄ esse ꝛ vnum q̄:et vbi est q̄ ubi semel bisve posse esse q̄. Preterea in secundo membro nūc subiunctiuū esse: nunc indicatiuū nunq̄ tñ idem repeti verbū: presertim modo verbi mutato: vt fecit quidā qui ait. Non q̄ amicus nō esses:sed q̄ ita amicus eras:quū dicere debuisset:nō q̄ non amicus eras:sed q̄ vel sed q̄ ita amicus esses. In quo illud obseruatione dignū de causa efficiente dicendum esse q̄ ꝛ q̄: de finali quo vel vt. De duobus prioribus exempla inspeximus. De posterioribus: Cic. in Philip. Nō vt proficerem aliquid: siue nō quo proficerem aliquid. Quidam ignari huius differētie scribunt nō raro quo p q̄:vt apud eundē:et eodē in loco. Primū igitur acta Cesaris seruanda censeo: nō quo probem: quū scribendū sit q̄ p eo qđ est quia. Quid signi? Certe q̄ in altero membro est quia:quū dicit. Sed q̄ rationē habendam censeo pacis atq̄ otij. Et nemini dubiū est q̄ resolui per quia:ꝛ quo pervt:ꝛ hoc in loco a Cic. significari causam efficientē:cui cōpetunt qđ ꝛ q̄:nō finalē:cui cōpetūt quo ꝛ vt q̄q̄ liquide probat:quū in eadē sīa de vtraq̄ causa fit mentio:quale est. Non castigo te q̄ odio habeā sed quo meliorē efficiā. In primo mēbro est causa efficiēs:in scdo causa finalis. Mutemus iterū causas sic: castigo te:non q̄

quia ꝛ q̄ quo ꝛ vt. Nonvt.

¶ De cā efficiēte dicere oportet:q̄ ꝛ q̄: de finali q̄ vt vt.

odio habeam:sed q amē. Rursus:nō castigo te quo voluptatē ex cōtumelia tua contrahā: sed quo meliorem reddā. Vbi est q illic posse poni qr:et vbi quo illic vt vel duplex: vel simplex:iam dictum est.

¶Epitome capitis.lxxv.

¶Facio ꝛ cōmitto cū particula vt:interdum significat aliquid fieri ꝓpter aliud:interdum idipsum qđ fit. Vt coactus feci vt viduā ducerem. Nō cōmittam vt viduam ducam:vbi idipsum quod fit significāt. Mercatum feci vt diues fiam. Commisi facinus atrox vt timori sim:vbi aliud propter aliud fit.

¶De facio vt:ꝛ cōmitto vt. Caꝑ.lxxv.

Facio vt

Cōmittovt.

¶ Epitome capitis. cv.

¶ Edes in plurali significat domũ priuatã pro qua caret singulari: in vtroq̃ sũt nũero põt capi p domo sacra: aut p sacro: aut sacello. Idq̃ fere cũ adiectiuo: aut genitiuo eius cuius est: ideoq̃ in priori significato distributiua citra distributionẽ recipit: in posteriori non recipit. ¶ Unde dicere possum binas edes vendidi: ⁊ duas Ioui dedicaui: vendidi si quidem priuatas: dedicaui publicas.

Aedes

Aedes equiuocum est.

¶ De Edes in singulari aliter accipitur: aliter in plurali. Cap̃.cv.

Edes in plurali accipit pro domo: nec vnq̃ alit: vt edes meas nim⁹ li.j. non proscribã. In singulari atq̃ adeo in plurali p tẽplo: vt Cice. in Philip. lib.j. Ex eo die quo in monitio (quãtũ in me fuit) ieci fundamẽta pacis. In tũ est: vt quo tẽplo. i. in qua ede Telluris. Sed hac in re differt a tẽplo: q̃ semper in vtroq̃ numero separa habet adiectionem: vt in ede Iouis: Mercurij: Minerue: in ede Cõcordie: Telluris: honoris Honoris: Uirtutis. In ede sacra. Et in plurali sacras edes: edes deorũ: edes nymphatis simulacrum. Nam cũ ait Lucreti⁹ de Ioue loquẽs. Ipse suas edes disturbat. perinde est ac si diueret. risset. Iouis edes. Igitur pro tẽplo dicem⁹: Pro sedes: tres: quatuor deoz̃ edes: duas sacras pulchro edes: p domo binas: ternas: quaternas: priuatas edes. Aeditui autem ab edib⁹ sacris posuisse quas tuent appellati sunt nõ a priuatis. Ne videt: cũ

Aeditui.

Et.est mi hi mar= morea sa cratus in ede siche us.

diles quoq; magis a sacris edib⁹ dicti sunt: quibus curandis prepositi erant. Edifica= re autem magis ad domos hominū spectat q̄ deorum. Nec domos tantum verumetiā naues: vt Licero. Qui quum maximas edi= ficasset instruxisset q̄ classes. Neq; hoc indi= gnum est admonitione: eum cui domus edi= ficat dici edificare: vt idē de cōsulari viro in= quit. Qui quū edificasset in palatio plenā di gnitatis domū. Similiter in ceteris verbis: vt Horatius de prediuitib⁹. Diruit: edificat: mutat quadrata rotundis.

Ediles Edifi= co.

Edifi= care spe= ctat: non soluz ad domos sed ēt ad naues. edifica re dicit cui aedi= ficatur.

¶ Epitome capitis. cvj.

¶ Liberi: pro legitima prole etiā pro vnica filia singulari caret: quia tamē quum adiecti uum sit naturaliter: singularē recipit: z inter= dū singulariter profertur: admittit relationē z diuisionem per singularem: et adiectiuum non distributiuum quod cetera non faciunt. ¶ Unde dicam e ternis vel e tribus liberis meis maximus natu diem obijt: minimus lā guet: z medius incolumis est.

¶ De Liberi/ pugillares. Cap. cvj.

Pugilla res.

Liberi pro filijs singularē nō agno= scit: cuius natura et a superioribus dissentit. Nā vt dicā lego Titio ter= nas edes: vnas in foro: alteras in ia= niculo: ternas in Suburra: ita non dicam ex ternis liberis meis vnos: alteros tertios: sed ex trib⁹ liberis meis: vnū in alienā familiam dedi: alterum abdicauit: tertium heredē insti tui. Cuius rei causa est/ q̄ quum dico vnum/ alterū/ tertiū/ adiungi solet filiū: z tres libe= ros quasi tres filios: quod ita non fit in edes z in literas/ nisi subintelligas domū z epistо lā. Sed quid facies in ceteris/ in nuptias et in pugillares: absurdū sit dicere vnā nuptiā/ vnā pugillarē. Pugillares autē significat ta bellas cereas/ siue ligneas siue alterius ma= terie/ in quib⁹ stylo scribimus. Liberū tamē pro filio: z apud Quintilia. z apud Paulum Caiumq; reperio.

¶ Epitome capitis. cvij.

¶ Hortus in vtroq; numero pro holerū solo circunclusо fere ponitur: refugitq; distribu= tiuū citra distributionē. In plurali vero est quasi paradisus voluptati destinatus locus: pro quo q̄ singulari caret: distributiua p̄ nō distributiuis recipit: sed adiectiua singula= ria respuit. ¶ Dices ergo p̄ priori significa= to: emi duos hortos quorum alterū dūtaxat hoc anno colā: z p̄ posteriori emi binos hor= tos: quorū alteros hoc anno vendam.

¶ De Hortus. Cap. cvij.

Hortus. Horti.

Hortus quoq; eiusdē nature est. Nā in singulari pluraliq; pro hor tis holitorijs accipit: id est hole= ra producentibus. Est em̄ holus olis herba satiua: qua vescimur: z cuius folijs vt caule in edulium vtimur: hor= tiuero in plurali arborib⁹ cōsiti dicunt: z ame nitatis voluptatisq; causa parati. In supe= riore igitur significatione dicem⁹: vnū hortū:

duos tres hortos. In posteriore binos/ ter= nos/ quaternos hortos/ nisi alicuius autho= ritas aliud sibi vendicauerit.

¶ Epitome capitis. cviij.

¶ Odor in vtroq; nūero significat obiectum olfactus seu odoratus: in plurali etiam odo= ramenta seu res odoriferas: pro quib⁹ q̄ sin= gulari caret: cum distributiuis: vt litere z hor ti: poni posset: si numerū nō pondus aspice= ret. ¶ Unde inauditū est binos odores emi: sed recte dicit. India mittit odores: non ca= pior odoribus Indicis z c.

¶ De odor. Cap. cviij.

Odor. Odores

Odor huic simile est: qua voce notum est quid in vtroq; nūmero significet: in plurali vero tantū odoramēta: vt odores ex Arabia sunt. Hoc tamen nomen raro cum numeralibus iungitur: sed cum alijs adiectiuis.

¶ Epitome capitis. cix.

¶ Commeatus pro facultate cōmeādi z re= cedēdi a militia: aut alio ministerio ad quod tenemur: raro pluraliter reperit: sed p̄ anno na publica vtroq; nūero enunciat: quocirca distributiua citra distributionē nō agnoscit.

¶ Dico raro propter Liuianū exēplū.

¶ De commeatus. Cap. cix.

Cōmea= tus.

Commeatus aūt z si qua sunt simi= lia nō recipiūt talē ambiguitatem: si quidem superiora in vno sensu ha bēt vtrūq; numerū: in altero tātum pluralē: hoc vero in altero tantū singularem. Est em̄ cōmeatus in singulari tantum pro fa cultate ad tēpus a militia: ab alioue minis te rio recedendi: quam prebet militi imperator prepositusue inferiori: eundiq; quo velit ad prescriptū diē reuersuro. Licet Liui. li. xxiij. ait. Magna pars sine cōmeatib⁹ dilabebat. In vtroq; aūt numero pro cibarijs ad alimo niā reipublice: aut exercitus: aut alicui⁹ mul titudinis. Interdū etiā priuatim. Cic. pro le ge Manilia. Jam cōmeatu z priuato et pu= blico prohibebamur.

¶ Epitome capitis. cx

¶ Quēuis vnū plr affari nihil illis dignita= tis affert: sed poti⁹ imminutionē laudis de re bene gesta quocirca ad vnū in secūda perso= na tantū singulariter: z per ea q̄ singulos re= spiciūt loquemur: in prima tñ modestie gra= tia/ licet de nobis nūc singulariter: nūc plura liter: nūc vtroq; mō simul loqui. ¶ Cur lau= dē imminuat patet: q̄ gloriosius est quēuis vnū p̄ se: eq̄s cū plurib⁹ rē clarā gessisse. Quo= circa principes modestie gra: ne soli videant oia gerere loquunt fere plr de se: vt nos Lu= douicus frācorū Rex z c. Dixi z p̄ ea que sin= gulos respiciūt: vt tua dignitas dñe preses: nō vestra: nisi ad plures loquaris. Nā me⁹ et tuus ad singulos pertinēt: noster z vester ad plures. Ad vitā dū tñ magnatiū stomachum monet Sulpiti⁹ Uerulan⁹ ad appellationes honestas cōfugere: vnde non dicam tu diri= sti: sed ita dignitas: humanitas: vel prestan=

Lōmeatus. ✠ Lommeat⁹ licentia/ siue q̄ dicit salu⁹ cōduct⁹ Cice. ad herēniū. Ille qui ad diem cōmeat⁹ nō venit q̄ eum aq̄ interclu= sisset. ✠ Lommeat⁹ in numero plurali= uenitur apud Li uiū p̄ fa cultate recedēdi a militia Sal. Si vincim⁹ oia nob⁹ tuta erūt cōmeat⁹ abunde.

tia tua dixit ⁊c.

¶ De abusione pluralis pro singulari: ⁊ de reditu parenthesis. Cap. cx.

pluraliter in secūda persona loq.

EX his que dixi colligi potest nō verū esse qđ aliqui volūt: quoties author in numero plurali loquit declarari dignitatē quādā: ⁊ (vt sic dicam) magisteriū. Quid essī causse est: cur hec noīa pluraliter non singulariter efferantur? Quid Athene potius q̄ Athenа? quid Roma potius q̄ Rome? Sed ne in re aperta dicam pluribus: huic opinioni repugnat: quū ipsa rhetorica ars: q̄ iubet nos vti modo plurali pro singulari numero modo singulari p plurali: tū plurima exēpla: adeo vt vno atq; eodēloco de se orator in vtroq; numero loquat. Uergilius. O melibee deus nobis hec otia fecit. Nāq; erit ille mihi semper de⁹: illi⁹ aram. Sepe tener nostris ab ouilib⁹ imbuet agn⁹. Ille meas errare boues. Hic de se loquēs Tityrus nunc nos nūc meait. Homer. quoq; in. xiij. Iliados. Ερχομαι εοτι τοι ενηοσ ειγλισιη σιλελαϕπται οι σομενοσ τον υγαρηατε. αξομενο πριγενεσ'ηον. Et in psa: vt Quum in agro redēpto. Utinā hoc saltem mihi sero lata prestarent: vt residuū laboran tis anime in tuo ponerem⁹ amplexu. Et Cicero in Philippi. Quod exēplū in aliū etiā vsum volo afferre prolixius. Ait igit. Itaq; ego ille qui semper autor pacis fui: cuiq; par presertim ciuilis q̄q̄ omnibus bonis: mihi tamen imprimis fuit optabilis. Omne enim curriculū industrie nostre in foro: in curia: in amicorū periculis propulsandis elaboratuz est. Hinc honores amplissimos: hinc mediocres opes: hinc dignitatē si quā habem⁹: cōsecuti sumus. Ego itaq; pacis (vt ita dicam) alūnus: qui quantuscūq; sum (nihil em̄ mihi arrogo) sine pace ciuili certe nō fuissem. Periculose dico quēadmodū accepturi. P. L. sitis / horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestre dignitatis retinende ⁊ augēde: queso oroq;. P. L. vt primo si erit vel acerbū dictu vel incredibile a. W. Li. esse dictū existimetis sine offensione qđ dixero: nec id pri⁹q̄ qualefit explicauero: repudietis. Ego ille (dicam sepius) pacis semper laudator: semper autor: semper amator: pacē cū. W. anto. esse volo. Hec in eum quoq; finē retuli: vt ostenderē oratores quū incepte orationi aliquid longius inseruerūt: redire iterū ad id qđ inceperāt: aliquādo etiā frequentius memorie iudiciū reficiende gratia: vel eodē verbo repetito: vt in proximo exēplo: vel qđ idem efficiat: vt apud eundem / et in eodem opere. Collegam tuum aiūt in hac sua fortuna que bona ipsi videtur: mihi (ne grauius quippiā dicam) autorum et auunculi sui consulatum si imitaretur fortunacior videretur: sed eum iracundum audio factum aiunt: ⁊ audio idē efficiunt.

Longius dimissa repetenda.

¶ Epitome capitis. cxj.

Quest⁹. ¶ Questus sine diphthōgo a queror pro querela aut querimonia singulari caret: habetq; u añ bus in dtō ⁊ in abltō. Sed quaest⁹ p ac a quaero vtrūq; nūerū habet ⁊ u ante bus: significatq; aut lucrū nūmorū aut actionē lucrāde pecunie: hoc est quasi acquisitionē: vñ quaestor qui vulgo receptor dicitur.

Quest⁹.

Quaestor.

¶ De questubus ⁊ questib⁹. Cap. cxj.

QUestus in plurali p querela a queror: vnde fit cōqueror: cui⁹ datiu⁹ ⁊ abltūs est: questubus: vt portubus. Questub⁹ in vtroq; nūero cuius in plurali datiu⁹ et abltūs est questub⁹ a quero vnde fit cōquiro: deriuat per syncopē a supino quesitum: significatq; lucrum numariuz. Nā lucrum vocamus etiā nō numarium velut amicitie: glorie: scientie: ceterorumq; huiusmodi. Questūq; nōnūq̄ recipi pro actione ipsa / atq; artificio lucrāde pecunie: vt apd Ciceronē. Nā de artificijs ⁊ questib⁹ qui liberales habēdi sunt: q̄ sordidi sunt. ⁊ Quinti. Nā vt primū lingua esse cepit in questu: institutumq; eloquentie bonis male vti. Questu dixit: quasi acquisitione.

¶ Epitome capitis. cxij.

¶ Scale Sall. singulari carere docet: quod ⁊ Ser. predicat. Pōdo aūt singulari caret: et tñ distributiua citra distributionē respuit forte q⁹ et singulare reperit. Sunt aūt pōdo idē qđ libra. Ludus etiā aliud significat in singulari / q̄ in plurali: vt alibi dicetur.

¶ De Scala ⁊ Pondo. Cap. cxij.

SCala a quibusdā in singulari vsurpat. Sallustius cū aliis quibusdam ostēdit pluralē tātū habere: quū dicit in Jugurthino. Deinde vbi vne atq; altere scale imminute sunt: q̄ superstites rāt afflicti sunt. Nō dixit vna atq; altera. Pōdo autez caret singulari numero teste Foca. Dicimus autē duo pōdo: tria pondo: non bina pondo: aut terna pondo. Quintilia. in. j. Quid q⁹ quedam singula procul dubio vitiosa sunt: iuncta sine reprehensione dicuntur. Nam dua: ⁊ tre ⁊ pondo diuersorū generum sunt barbarismi. At dua pondo: ⁊ trepondo vsq; ad nostrā etatem ab omnibus dictū est. Et recte dici Messala confirmat. Forsitan huius rei causa est: q⁹ sicut superius de liberis diximus: ita hic si quis ita loquatur: relin quo liberis meis duo pōdo auri: alterum signatum: alterum rude: intelligit librā. Idē est enim due: tres: quatuor libre: quod duo: tria: quatuor pondo. Ut quidam volūt quod multi authores non probant. vt Liui. li. xxij. Argenti pondo bina / ⁊ ter libras in militem prestaret quū legendū sit seribras. Quidam etiā singulare huic nomini dāt: ⁊ huius ipsi⁹ autoris (si editio verax est) nōnulla exempla sunt: quale est etiam Columelle. Scyle aride dinē duo pōdo libram ⁊ quadrantem adici oportere: sed nunc pro ponder⁹ videtur accipi. Huiusmodi conditionis est ludus ⁊ ludi. Sed hec in alterum librum reseruamus. Nūc aliquid etiam de numeris addamus.

Scala.

Scalā numero singulari dicitur Siponti nus cor. celsi autoritate pbat qui dicit. Necessaria ē scala ignea q̄ crassitudine duorū digitorū habeat longitudie ab ala

ad digi-
tos pue-
niat: ali-
qd tamē
discrimi
nis eē di
cit inter
scalā cuz
tantū in
numero
pluralī z
cū in sin-
gulari di
citur.

Pondo.
Dua pō
do.
Trepon
do.
Ludus.
Ludi.
Numera
lia.
Numera
lia aduer
bia.

Epitome capitis. cxiij.

Numeralia duo adiectiue sumpta nisi alterū fuerit aduerbiale: aut composita fuerint non coherent sine coniunctione media: qua intercedente intra viginti z centū: hoc est vltra viginti z citra centū: numerus minor aut minim⁹ preponi vult: sed citra viginti z vltra centū: z cōponendo: vt quisq; maxim⁹ est: ita primū sortiet locū: fictamē vt dū millenari⁹ multiplicat per minores: minores ipsi suā seruent naturā. Notandū quoq; q ante decimū quēq; numerū preter primū: p octo illis additis possumus dicere duodecimi decēnario sequenti: idq; per compositionē: et pronomē: vnde pro octodecim duodeuiginti: z p decimooctauo duodeuigesimus. Idēpro nouēdecim vndeuiginti: z pro decimononovndeuigesimus: et ita dicendum est de similibus. Dico numeralia duo distincta videlicet: siue ea sunt que cardinalia vocant: siue que distributiua: siue que mensuratiua: siue que multiplicatiua zc. Quorū nulla nisi fuerint cōposita: sine cōiunctione coherent: vnde nō dicam. duo decē: sed bis decē. Maro tamen nō inepte dixit. Aurea mala decē. Unde non videt omnino dānabile qd autor damnauit cap̄. citj. Una decem potius tamē dixero decem: aut semel dūtaxat decē dabo. Addo tamen adiectiue sumpta: qz licite dixero. Tres primi: z primi tres. Itē tria milia: z tres senarij. s. numeri. Item primi millesimi: si plures fuerint. Possunt autem omnia multiplicari per aduerbialia. vt ter: quinq;: ter quini: ter quinquies: ter quater: quod aliud est q; ter et quater: nam terquater est duodecies: z ter et quater septies. Ponitur autē propter perfectionem numeri septenarij pro perfecte: aut cōsummate. Ut autem sciamus multiplicare per aduerbialia: ea hec sunt: Semel: bis: ter: quater: quinquies: sexies: septies: octies: nouies nō nonies: quia prima corripitur. Enei. vij. z nouies. Styx interfusa coercet decies: vndecies: duodecies: tredecies: quatuordecies quindecies: sedecies: vk decies sexies: decies septies: octo decies: vel decies octies: et decies nouies: vicies non viginties z tricies nō trigēties: z quadragies: sic quinquagies: sexagies: septuagies: octogies: non octuagies: nonagies. Et deinde sine syncopa centies: ducenties: trecenties: quadrigenties: quingenties: sexcēties: septingēties: octingēties: noningenties vel nongēties. Millies. Deinde bis millies zc. Per hec autem multiplicari possunt omnes species numerorum etiam sine coniunctione. Coniuncta autem volunt vt intra viginti z cētū minor preponat: quod etiā Theutonū lingua obseruat: vt quinq; z viginti: at post centū dicimus: cētū z quinq;: nō quinq; z centū: z ita in alijs. Dixi sic tñ zc. nā quinq; z viginti milia dicam: nō viginti z quinq; milia: q; q; totus numerus est vltra cē tum. Preterea dixi preter primū: qz pro octo nō dicā duodecē: sicut pro, xcviij, duodecētū.

Nouies aduerbiuz numerī dicendū est nō nonies qz primā nouies corripit.

addā illud pro imperitis: qui in ea re tametsi facillima multi sunt quādo per signa scribūtur numeri additur substātiuum: qō iure est ablatiui casus singularis numeri: debere legi per numeralia ordinis: vt anno. M. D. ix. id est millesimo quingētesimonono. Sed qō addit substātiuū plurale: debere legi per numeralia cardinalia: vt viri annos. cxij. id est cētū z duodecim. Et in accusatiuo. Actū circiter annū. M D. ccccclx. id est millesimū quingētesimūnonū. Circiter annos. M D. ccccclx. id est mille quingētos nouē. Preter numeralia hic z prius dicta sunt que multiplicatiua vocant: vt simplus simpla simplū: duplus: triplus: quadruplus: quintuplus: sextuplus: septuplus: octuplus: noncuplus: decuplus: cētupl⁹: millecuplus zc. Unde fiūt in ex: vt simplex: duplex: triplex zc. Componunt aūt multifariā: cū annus: vt biēnis: triēnis: quadrienis: quinquennis: sexēnis: septēnis: octēnis: nouēnis: decennis zc. Neq; tamen oīa in vsu sunt: ab inusitatis autē abstinebim⁹: quū alter dicere possumus: sicut sum amiculus: bimus: trim⁹: quadrim⁹: aut bimul⁹: trimulus: quadrimul⁹: sic pro quadrageni dicā quadragenariū. Item cū mensis: vt bimestris: trimestris: z cum multis alijs: vt bilinguis: biceps: bidens: biformis: bicorpor zc.

Multiplicatiua.

Numeralium plurīū vsus.

✠ Numer⁹ minor ante cētū preponitur post centuz vero postponitur.

De ordine numerorū. Cap̄. cxiij.

Dato vno et octogesimo anno scribēs mortuus est. Isocrates quarto z octogesimo anno eum librum qui Panathenaicus inscribit: scripsisse dicit: viritq; quinquēniū postea. Cuius magister Leontin⁹ Gorgias cētū z septē cōpleuit annos. Hec Cice. cui⁹ ex verbis dak intelligi ante centū preponi numerū minorē: post cētum vero postponi. Quod Quinti. quoq; cōfirmat: quū ait. Artium autē scriptores antiquissimi Corax et Thisias Siculi: quos insecut⁹ est vir eiusdem insule Gorgias Leontin⁹: Empedoclis (vt traditur) discipulus: is beneficio longissime etatis (Nam centū z nouem virit annos) cum multis simul floruit. Et paulopost. Nam z Isocratis prestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere. Eoq; iam senior (octauum enim z nonagesimū compleuit annum) Pomeridianis scholis Aristoteles precipere artem oratoriam cepit. Hoc tamen videtur fieri intercedente copula. Nam ea sublata vt quisq; numerus maximus est: ita primo loco preponitur: duntaxat citra centum: vt maior xxv. annis: non autem maior quinq; viginti annis: etiam in illis que supra tractaui numeralib⁹: viceni singuli: vicenibini: viceniterni: aut singuli z viceni: bini z viceni: terni z viceni. Supra centum naturalem ordinem sequimur: vt superiora exempla docent: centum et septem compleuit annos: cētū z nouem virit annos. Pli. li. vij. naturalis historie. Centū z viginti natos annos Parme tres edidere. Birelli vnum, cxxv. Parme duos, ccxx. Placētie

Decentū filia.

vnũ.cxxxj. Fauẽt eunã mulierẽ.cxxxij. Bono nie.l. Terẽtiũ Marci filiũ. Arimini ẏo. M. Apomũ.cl. Tertulã.cxxxvij. Citra Placẽtiã in collibus oppidũ est Uelleiaciũ:in quo. cx. natos annos sex detulere. Quatuor vero cẽ tenos vicenos. Unus cẽtum quinquaginta. M. Muti⁹ Marci fili⁹ Galeri⁹ felix. Ac (ne plurib⁹ moreremur in re confessa.) in regione Italie octaua centenũ annorũ censi sunt ho mines quatuor ⁊ quinquaginta. Cẽtenũ de nũ homines quinquagintaseptẽ. Cẽtenũ vi cenũ quinũ hoies duo cẽtenũ tricenũ hoies quatuor:cẽtenũ tricenũ quinũ aut septenum totidẽ: cẽtenũ quadragenũ hoies tres. Idẽ tamẽ Pli. paulopost ait. Ut tñ in septenum ⁊ quinquagesimũ atq; centesimũ vite duraret annum. Ex quo apparet sine copula maximũ quẽq; numerũ precedere: cũ copula nõnihil variet: presertim retrorsum eundo. Adhuc q̃ dixim⁹ ⁊ recitauim⁹ exẽpla intra nũerũ mille narũ sunt: sed in ipso quoq; maximus quẽq; nũerũ semp preponem⁹: vt a natali saluato ris anni sunt mille quadringenti: et triginta octo: vel millet quadringẽti ac triginta octo Illud tamen notandum est in millib⁹ eandẽ esse naturã: atq; in numerabilibus citra cen tum: vt milites nostri sunt sex ⁊ viginti milia: non autẽ viginti ⁊ sex milia. Uel milites no stri sunt.xxvj. milia: siue militũ nobis sunt.xx. milia: siue milites nostri sunt vicies mille: si ue nobis singulis sunt decies mille milites: siue nobis singulis sunt dena milia militũ: si ue nobis singulis sunt decem milia militum. Omnia aũt que locuti sumus vltra vicesimũ numerũ intelligi volo. Nam decẽ ⁊ septẽ: de cem ⁊ octo: decẽ ⁊ nouẽ nonnam illam quam dixi non tenẽt. His inferiora ne ipsa quidem seruant suam legẽ. Illa enim cõiunctionem habent interpositã: hec nõ habent. Uerũta men nec habere possunt: quũ sint composita: nec plura: sed singula noia: vndecim: duode cim: tredecim: quatuordecim: quindeciz: sex decim: sicut illa quoq; composita: atq; vnica sunt nomina: vndeuiginti: duodeuiginti: vn detriginta: duodetriginta: vndecẽtum: duo decentum: hoc est vno aut duobus demptis de viginti: de triginta: de centũ. Ut ab incar natione saluatoris sunt anni mille quadrin genti duodequadraginta. Et per denomina tiua: vt ab incarnatione agitur annus mille sim⁹ quadringẽtesim⁹: duodequadragesim⁹. Pli. li. xxxv. nat. histo. duodevigesima olym piade interiit Cãdaules. Licet pleraq; exẽ plaria habeãt duodeuigiti olympiade. Idẽ primo libro. Atq; adeo duodequadragenũ pedũ Lucullei marmoris in atrio Scauri col locati duodequadragenũ p duodequadra genorum. T. Li. li. j. Duodeq̃dragesimo fer me anno ex quo regnare ceperat Tarq̃ni⁹.

Postmil le.

Decen tũ sillia.

¶ Epitome capitis. cxiiij.

¶ Domus secunde significat locum: quarte edificium: quocirca pro aduerbio locali in lo co ponitur genitiu⁹ secunde non quarte: idq; cum adiectiuis solummodo loco non edifi cio congruentibus: que sepe subaudiuntur. ¶ Que enim edificio cõgruũt: poscunt abla tiuũ cũ prepositione: vt fui in domo lapidea gtũs. Adiectiua autẽ loco congruẽtia sunt mea/tua/sua/nostra/vestra: propria aliena. Domus

¶ De domus. Cap. cxiiij.

Dom⁹ duos genitiuos habet: vnũ secunde: alterum quarte declina tionis: domi ⁊ domus: sed prior si gnificat locũ vbi quis manet: po sterior corpus ipsum atq; edificiũ quod ex parietib⁹ cõstat ⁊ tecto: vt domi ma neo: nõ dom⁹: ⁊ partem dom⁹ demolit⁹ sum. Superiora domus ascendi: non domi. Nam illud dom⁹ mee imperium teneo: non pro lo co accipitur: sed pro familia que continetur edificio: figurate continens pro contẽto: qõ etiam licet dicere domi mee: quasi in domo mea. Quod autem idem sit in domo ⁊ domi notũ est. Unũ tamen afferã exẽplũ Quinti liani lib. v. In domo furtũ factũ ab eo qui do mi fuit. Datiuus tãtũ quarte est. Accusatiu⁹ indifferẽs. Ablatiuus secũde. In accusatiuo ⁊ ablatiuo vel cum prepositione: vel sine pre positione loquimur: vt reuertor domum vel ad domũ: exeo domo vel e domo: ⁊ sum in do mo: vel domi: hoc grammatice est: illud vero latinitatis et elegantie. Hunc genitiuum se cunde non contũgimus nisi cum tribus siue quinq; pronominibus/mee/tue/sue/nostre/ vestre et vno nomine aliene: vt ego viuo do mi mee/non viuo domi tue/eram domi sue/ nostre/non vestre domi habitare volo. Cice ro in libris ad Herẽniũ. Qui cũ ista etate et forma aliene domi volo dicere. Quidam vo lunt illud domi aduerbiascere. Sed quomo do contũgeret cũ adiectiuis? q; si quãdo hec quinq; pronomina adiectiua supprimant: tñ subintelligunt: vt domi ero. i. mee: domi eri mus. i. nostre: domi eris eritisue. i. tue aut ve stre domi erit aut erũt. i. sue sicut in altero sen su: et in pleriscq; nominib⁹: vt partem domus locaui: in altera parte ipse habito. i. partẽ do mus mee. Et pater mihi iussit: mr̃ te vocat: frater nos expectat: hoc est pater me⁹ vel no ster: mater tua vel nostra: frater noster. Quã do autem hic genitiuus secunde regit alterũ genitiuum siue pronomen siue nomen: certũ est: vt ego erã domi illius: domi huius domi cesaris: domi Pompeij: domi autez publice: domi priuate: domi honeste: domi infamis: domi paterne: domi materne habito: et simi lia non licere dicere iam tradidimus.

Domi mi genti tiuus lo cũ signi ficat vbi quis ma net: do mus ve ro geniti uus edi ficium. In do mo. Domi fi aduer biascere. sed poti⁹ nomẽ es se pronomina in dicãt: vt eram do mi mee: reperi tur etiaz domi co herere adiecti uo alie ne. Cic. Quid ista eta te et for ma alie ne domi nolo di cere. Genitiuus secũ de alterũ expo situlat.

¶ Epitome capitis. cxv.

¶ Quia quoties quis vel qui/qualis/quantus/quot⁹/quot/quoties/qua/quo/vbi/vnde/⁊ similia relatiua ⁊ interrogatiua: aut infinita geminata: posteriorem partem in cũq; resoluere possunt: ideo idem significãt: qualisqualis ⁊ qualiscunq;. Et licet quisquis nõ faciat quiscunq; sed quicunq;. nec quicquid quidcunq; sed quodcunq;: tamen quisquis ⁊

quicūqz vno eodē mō significant/quūvtrūqz sit adiectiuū:quicquid ꝛ quodcūqz differenter id faciunt: quū quicquid sit substantiuū ꝛ ob id aut adiectiuū eiusdē casus/aut substantiuū genitiui casus expectat/ quodcūqz vero adiectiuū:substantiuū eiusdē casus nō adiectiuū efflagitās/qui differentia inter cetera in quid ꝛ in quod exeūtia:aut ab eis incepta reperit. Solet autē quicqz: pro quod cūqz:ꝛ quisqz pro quicunqz vsurpari/ ꝛ quid pro in quo:quodqz vero adiectiuū ad substātiuū tacitū dirigi. ¶ Est autē regula ꝓ Quis et qui ꝛ eorū cōposita. ꝓ Particule cuz quib⁹ qs ꝛ similiter quib⁹ cū q ꝓpo nitur. Priſc. q hec geminata resoluere possunt scdaz partem in cūqz/vt vbiubi est.idest vbicunqz est/ vndeunde vndecunqz.idest quotusquotus/ quotuscunqz/quotquot/quotcūqz. Quia tamen nō omnes particule possunt cōponi cū quis que cū qui:nec ecōuerso:ideo quisquis non resoluimus in quiscūqz/sed in quicunqz. Quapropter notanda sunt ad hūc locū que alibi diximus in hanc formā. Post quis pone piam/non/post qui/nā/qz/putas:q. Dā/ uis/cunqz/libet/sibi qui tantūmodo subdet. Ast aliquis nequis/siquis/nunquis simul ecquis. Sola qua dant/ non que quoties reperitur vtrūqz. ¶ Quorum versiculorū sensus est: has particulas piam/nāqz/putas et q/non conīūgi qui/sed quis: dicimus enim quispiam/quisnā/quisqz/quisputas/ꝛ quisq; per geminationē quisquis/quod nō resolcōponit: uitur in quiscunqz sed quicunqz. Nam dam/ uis/cunqz/ꝛ libet coniungunt ecōtrario cū qui/non cū quis:vt quidā/quiuis/quicūqz/ quilibet non quisdā ꝛc. Componitur preterea quis/cū particulis prepositis: alius ꝛ fit aliquis:ne/ꝛ fit nequis:si/ꝛ fit siquis/nū/ꝛ fit nunquis: en: ꝛ fit ecquis. De quorum declinatione hoc sciendū:q in nominatiuo singulari femininī generis ꝛ in nominatiuo ꝛ accusatiuo pluralib⁹ neutri generis:vbi simplex habet que vel qua:hec habent tantum qua: non que:cetera autem omnia:que non qua: vt quedam mulier: et aliqua monstra: non quadam mulier:neqz alique monstra. Verū vt ad textum redeamus. A quis aut. Qui cō posita: quecunqz quid habent siue in priore parte:siue in posteriore:substantiua sunt:adiectiuū eiusdē casus aut substantiuum gentiui casus efflagitantia:quecūqz quod adiectiua substantiuū aut tacituz aut expressum eiusdem casus efflagitātia:vt aliquid ꝛ quiddam substantiua sunt:aliquod et quoddam adiectiua: dicam ergo aliquid et quiddam monstri et aliquod et quoddam monstrum. Tūc autem aliquis vel aliquid dicam quādo egoipse nescio quis vel quid sit. Est em quasi alius vel aliud:quis vel quid. Tuncvero quidam vel quiddam quū de re certa mihi loquar:vt aliquis fecit/nescio tamē quis. Quidam vestrum fecit:vt ei aliquando dicturus sum.

¶ De compositis a quis vel qui. Cap. cxv.

Gallensis

Quisqz. Quicunqz. Quicqd Quodcunqz.

Quisquis ꝛ quicunqz pro eodē accipi solent:vt quisquis es huc venias:ꝛ q̄cunqz es huc venias Quidq̄d et quodcunqz nō accipiunt pro eodē: quū alterū sit substantiuū. vt quicquid festinuz:q̄cquid molle: q̄cquid tenerū:quicquid iucūditatis: quicq̄d gaudij: q̄cq̄d pecuniarū. Alterū adiectiuū: vt quodcūqz telū: qcunqz scutū:quodcunqz iaculum. Cuius differentie causa est: q voces he in masculino conuenientes:in neutro postea discordant. Erat enim quidcunqz ꝛ vox ꝛ significatio similior: si reperiretur eo modo quo dicimus quidqz a quicquid. Quodqz enim siue vnū quodqz componitur a quod:sed vt non reperiturq̄dcūqz: ita nec quodquod. Illud nāqz cōponitur ex qui que quod:hoc autē ex quis ꝛ qui:caretqz genere femininо:quinetiā masculino in accusatiuo casu: tatūqz habet nominatiuū quisquis: quicquid actm̄ q̄cquid ablatiuū quoquo:tū in masculino:tū in neutro: nonnūqz in femininо quaqua: vt apud Sueto. de vita Titi. Galba mox tenēte rēpu bli. missus ad gratulādū:quaqua iret cōuertit homines quasi adoptionis gratia accerseret. In actō quoqz interdū i alio genere qz neutro:sed vix apud oratores. Plau. in captī. duo. Nā meus balista pugnus est cubit⁹ catapulta:humer⁹ aries:quū genu ad quēqz tecero:ad terram dabo:dentilegos oēs mortales factam quēqz offendero. Quēqz id est quis quēcunqz. Sergius autē Donatū commentans ait. Utraqz parte declinatur hoc pronomen:quisquis:cuiuscuius:cuicui:quēquem: q̄squis:quoquo:q̄qui:quorūquorū:q̄busq̄b⁹: quosquos: quisq̄a q̄busquibus. Noli putare hoc casu declinatiōis esse:vt apud Cic. remā sit cuicui. Hec Sergius. Igit quū sit cōpositū q̄cq̄d ex q̄d quodcūqz ex qō: debuit illud esse substātiuū:vt quid ꝛ aliq̄d. hoc adiectiuum:vt quod et aliqō. Dicimus enim quid feci:non autē quod feci:aliquid feci:non aliquod feci. Itē quod malum feci:non autem quid malū feci:sed quid mali:ꝛ scio quid faciam: non autem scio quod faciam. Video quid facis: sepius qz video quod facis. Ita ꝛ cetera ab his composita: quiddā: quoddā: nam quiddam adheret adiectiuo:quoddam substantiuo: vt mirabile quiddam obscenū quiddam:quiddam maius. Ad quoddā templum:quoddam nemus:quoddam antrum: oppidum quoddā:in quo nulli fere errāt:hic autem multi: pro quicqz ponentes quodqz: vt optimū quidqz:honestissimum quidqz:saluberrimū quidqz:vbi non licere poni qōqz. Ex his liquet exēplis optimū quodqz prediū: honestissimum quodqz consiliū:ex iumentis quodam que cepi/decimū quodqz fit tuū. Nam substātiui natura est conīūgi cū adiectiuo. Adiectiui vero cū substātiuo quasi cūnubio quodam Ideo vbicunqz est substantiuum/desiderat adiectiuū:quasi coniugē impatiens alterius substātiui Rursus adiectiuū sine sub-

Suetō⁹

ꝓ Quicunqz.

ꝓ Seruius sup Donatū dicit qs quis ex vtraqz p te de cumen: nari.

Quid. Quod. Quidā adiectiuo qō subsātiuo adheret.

stantiuo tanquã sine viro esse nõ põt: cũ alte-
ro adiectiuo nihil cõsortij habẽs. Eoq; factũ
est. vt hi quos dixi errarẽt: q; qñq; videt sine
substantiuo esse quodq; vt reliquit mihi pa-
ter multa prædia: quorũ opptimũ q̃dq; mihi
sublatũ est: vel ex meis multis prædijs opti-
mũ q̃dq; mihi sublatũ est. Sed oibus liquet
subintelligi substantiuũ sic opptimũ quodq;
ꝑdũ. Quodq; aũt idẽ esse quod vnũ quodq;
añ significaut. Quin. Nec causas cur q̃dq;
corũ accidat prosequi: proposito operi neces-
sarijũ est. Hoc quoq; addamus: quid solere
vsurpari pro in quo: vt apud eũ dẽ. Quid tibi
tantũ mali feci? quid offendi? Et alibi. Si q̃d
offendi. Cicero in lelio. Quid enim indigẽs
Aphricanus mei? Eodẽ modo nihil vt nihil
te offendi. De differentia autẽ inter quidam
& aliquis / siue quispiam siue quisq̃: q; illud
certum hominem / hoc vnum quẽlibet signi-
ficat: in libris dialecticis disputauimus. Hic
tantum admonendum est quosdam his po-
sterioribus eo modo vti quo ego non vterer
pro illo superiore: vt Hieron. qui sic librum
de hebraicis questionibus exordit̃r. Qui
in illis principijs librorũ debeã secuturi ope
ris argumentum proponere: cogor prius re-
spondere maledictis. Teren. quippiam su-
stinens: qui comediarũ prologos in defensio
nem sui dabat. ego dixissem quiddã potius
q̃q; quippiam. De certo enim crimine loqui-
tur: non de incerto. Idem est enim quippiã:
quod aliquid. Sed de hoc in libris his quos
dixi latius. Sed forte Hieronymus scriptũ
reliquerat quiddam: et librarij in quippiam
mutauerunt.

Quidq;. Quid ꝑ in quo.

Aliqs et quidã ac quippiã.

¶ Quidã de re certa dicẽ estq; nõ particulare signuz sed potiꝰ singulare: vt nõ alr sehre videat quã nomẽ ꝑpriũ.

¶ Epitome capitis. cxvj.

¶ Pars a toto & proprietas a subiecto regitur in genitiuo vel in ablatiuo: mediante adiectiuo laudis vel vituperij eiusdẽ casus cuius est dictio recta sine quo raro genitiuꝰ: & ablatiuus nunq̃ sic construitur. Reperitur autẽ dictioni regenti conformatũ: stante dictione recta in ablatiuo vel actõ: que locutio ab alijs Greca figura: ab alijs Synecdoche appellatur: quã in actõ presertim summopere fugiemus in prosa. In ablatiuo tamẽ nõnunq̃ recipiunt historiographi. Licet ergo quadrifariam partem precipue regi: aut in ablatiuo mediante adiectiuo ablatiui casus & est oratorum: aut in genitiuo mediãte adiectiuo genitiui casus & est grammaticorũ: aut in accusatiuo mediante adiectiuo cõformato toti: & est poetarũ per Grecam figurã: quã oratores summopere vitant loquentiũ: aut in ablatiuo mediante cõsimili adiectiuo & est etiã historiographorũ. Nisi tamen precipue subsit ratio cõcentus et sonoritatis: non vtemur simul (intercedente presertim contũctione) diuersis casibus. ¶ Verbi gratia: vir duro capite. oratorum est: vir duri capitis: grammaticorũ vsq; adeo vt Seruius huiusmodi locutiones ꝑ ablatiuũ dicat pro locutionibus per genitiuũ positas: vt. iij. Enei.

¶ Pars et ꝑprietas quo regant.

Latovenabula ferro. Prolati (inq̃t) ferri. Vir durus capite. historiographorũ nedũ poetarum: vir durus caput dumtaxat poetarum. Seruius autẽ dum accusatiuꝰ mediante nomine adiectiuo sic regitur: concedit esse Synecdochen: quando mediante verbo neutrali seu passiuo aut eorũ participio: dixit Grecam figuram. Cetera in textu patent.

¶ De affinitate gti & ablti. Cap. cxvj.

Magna autoritate es vir: vel magne autoritatis (vtroq; enim modo dicimꝰ) sed raro sine adiectiuo dũtaxat in gtõ: nã i ablto nunq̃. vt Cic. in Sallust. Nunq̃d quos protulit. Scipiones & Metellos ante fuerunt: aut opiniones aut glorie? Ceterũ in eadẽ oratione non est vtendum genitiuo & ablto: nisi velimus illud Plinianũ ex li. vij. natu. histo. sequi. Choromandorũ gentem vocat Taurõ: sylueströ sine voce: stridoris horrendi: hirtis corporibꝰ: oculis glaucis: dentibus caninis. Poterat dicere stridore horrẽdo: q̃q; (qõ ad elegãtiã pertinet) ego ꝑ lege accipio: quicq̃d magnis authoribus placuit: quorum in primis est Plinius / presertim quũ Cice. ad Lentulũ ita scribat. Lẽtulũ nostrum eximia spe summe virtutis adolescentem: quum ceteris artibus quibus studuisti semper ipse: tũ in primis imitatione tui facerudias. Licet illud eximia spe posset videri separatũ ab illo summe virtutis qõ regit ab illo adolescentẽ: vt si dicas habeo summa spe filiũ: adolescẽtẽ optime indolis: qõ si ita nõ est: licebit i vtraq; oratiõe vti gtõ & ablatiuo: tñ (vt ego sentio) parce. Hã illud ab hoc loco separatũ est: qõ dixit Scipio Aphricanꝰ id etatis atq; his rebꝰ ge stis. Illud emi id etatis: vel idẽ est qõ ea etate: sicut dicimꝰ decẽ annis vir: & more Grecorũ decẽ annos. Quã honestiorẽ locutionẽ Seruius putat: vel aduerbialiter ponit: vel subintelligit habẽs vel agẽs vel natꝰ id etatis. In quo protinꝰ admoniti sumꝰ oratores summopere Synecdochẽ refugisse: q̃le foret: gẽtẽ stridore horrendã: hirtã corporibꝰ: oculis glaucã: historici nõ refugerũt. vt Sallust. Alter altera pte. C. Antoniꝰ pedibꝰ eger in cõsilio adesse neq̃bat. Cic. Quintilianusq; dixissent. De dibꝰ egris. Hec dixissent doleo caput: doleo ilia aut ilibus: esset enim Synecdoche: sed dolet mihi caput & ilia tibi dolẽt. In hoc verbo dolẽ notãdũ est q; de re extra nos posita sicut de corpore nostro loquimur: vt istud quod facis: dolet mihi. vtinam doleret tibi: vt apud Teren. dolet dictum adolescenti pudenti & libero: & iterum. Si istud itidem doleret tibi vt mihi dolet. Et in eadem comedia. Facilli quod itidem doleat: quod nunq̃ per Synecdochen dicere possumus. Nam ego doleo istud quod fecisti: qui sermo vt superior apud authores est frequens: vt Sallust. Quasi dolens eius casum: non est Synecdoche. Hec enim figura tantũ ad animi & corporis qualitatẽ pertinet: nihil ad ex-

Licero in Sallustium.

¶ Quicq̃d magnis authoribus placuit ꝑ lege accipi dz

Actus tẽporis.

Synecdoche.

Doleo.

Figura synecdoche tãtã animi & corporis qualitatẽ pertinet.

terna respiciens: qualia fuerint: doleo caput doleo ilia: ⁊ hic pulcher faciem ornatus animū. Ideoq; illa Synecdoche nō erūt potēs diuitijs: grauis pietate: preditus dignitate.

¶ Epitome capitis.cxvij.

Manet. ¶ In cum verbo incido incidor: aut participio eius regit ablatiuos omnium dictionū: excepto nomine es: quod potius in accusatiuo regetur: vt litere incise in marmore: ligno: vel in es. ¶ Dico potius. i. elegantius ⁊ concinnius: q; etiam in ablatiuo reperit. Unde Mancinell⁹. In es incise sunt littere: ⁊ in ere quoq; legitur. Plinius enim iunior/ vbi de laudibus Traiani loquitur: sic ait. Sed quid singula consectorr colligo: quasi vero aut oratione cōplecti: aut memoria cōsequi possim: que vos patres cōscripti nequa interciperet obliuio: ⁊ in publica acta mittenda: ⁊ incidēda in ere censuistis. Hec ille. Addit Nestor exemplum Ouidianum e libro Fastorū. iiij. At bona posteritas puppim formauit in ere. Sed in non est verbum incido: de quo Valla loquitur: qui dicens quantam inueni: nō omnino alium vsum negat. Miror tamen eum non inuenisse illud Lice. in oratio. de signis quod Calepinus affert sic. Id non modo cōscripserunt: verumetiam in ere incisum nobis tradiderunt. Sueto. autem in Cesa. cum accusatiuo construxit. At mox lege in es incisa. Dicam⁹ ergo vtrumq; recte dici. incisum in es: ⁊ in ere: ⁊ pari ratione si exempla supperet̄: in marmor: ⁊ in marmore: ⁊ sic de alijs. Nulla enim videtur causa differentie: sed cur vtrumq; liceat ac coniectura colligi potest: quod qui incidit aliquid educit quod prius erat in materia: vnde ablatiuo locus est: ⁊ aliquid loco attramenti infert: vnde et accusatiuo: quia foris infertur.

In es incisum.

✠ Contra vallā ⁊ ei⁹ seq̄ces obtrudūt p multi illud Pli. in pane. q̄ vos patres conscriptine qua intercipet obliuio ⁊ in publica acta mittēda ⁊ incidēda i ere censuistis.

¶ De in auro: ⁊ in es ⁊c. Cap̄.cxvij.

In marmore incise sunt litere: in gemma: in lapide: in ligno in auro non autem in marmor: in gemmam: in lapidem: in lignū: in aurum. Econtrario in es: non in ere: ita enim apud omnes authores (quantū inueni) semper scriptū est. Liui. libr. iij. Priusq; in vrbem ingrederetur: leges decenuirales (quibus. xij. tabulis est nomen) in es incisas in publico proposuerunt. Sed quid exempla ponimus paucorū: quod omnes facere affirmamus:

¶ Epitome capitis.cxviij.

¶ Quoties relatiuum qui siue quod ponit inter duo substantiua: quorum sequens est alicuius rei proprium conformabitur potius sequenti q̄z antecedeuti: presertim antecedēte verbo substantiuo aut vocatiuo: alioquin tam antecedenti q̄z consequenti conformari potest. ¶ Est autem hec Seruiana regula in primo eñ. quā oēs obseruauerunt: vt patet de valerio: quem citat autor.

¶ De venustate discordie relatiui cum antecedente. Cap̄.cxviij.

Relatiuum frequenter non respōdet antecedenti: neq; in genere: neq; in numero: vtiq; quum reflectitur ei⁹ sententia ab antecedēte ad sequēs substantiuum/ de masculino in neutrum vt Sallustius. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur: quod aliter dixit Valerius Maxi. libr. ij. Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat: qui hodie senaculum appellatur Et Pli. In coitu vero lune: quod interlunium vocant quum apparere desierat. Mutato etiam numero: vt Lice. Quibus tandem gradibus Romulus in celum ascendit: hisne que isti appellant bona: de masculino quoq; in femininum: vt idem. Omnes tenues atq; humiles: que maxima in oppido multitudo est: sibi presidium para tum putant. Et Uergi. Hec partem posuere suis: que maxima turba est. Manente quoq; genere videt fieri quedā mutatio: vt Quint. Ubi vero vniuersas familias fames extinxit: que pars maxima est: inanes domus situ ducunt. Econtrario de feminino in masculinum non mutato numero. Sallu. Ea fines habet ab occidēte fretum nostri maris ⁊ oceani: ab ortu solis declinem latitudinem: quem locū καταβαθμον icole appellant. Mutato etiaz numero: vt Quinti. Resistam his qui omissa rerū: qui nerui sunt in causis: diligētia: quodam inani circa voces studio senescunt. Et alibi. Et supplicatiōes: qui maximus honor victoribus bello ducibus datur: in toga meruit. De neutro in aliud genus. Sallu. Ipse ex flumine quam primum oppido esse aquā supra diximus: tumēta onerat. Mutato etiā numero. Liuius. Anxur fuit que nunc Tarracine sunt: vbs prona in paludē. Aliquādo sine vllo certo antecedente: vt Quinti. Ego que felicissima vel lassitudo vel satietas est virtute consenui.

relatiuū nō semp rñdet antecedenti.

✠ Relatiuū masculinigeneris nō nūq; ancedēti feminini gñis nō rñdet: et nō mutato numero.

¶ Epitome capitis.cxix.

¶ Quoties autem verbum est ponitur inter duo substantiua ad appellationem pertinentia: quorum alterum est nominatiui casus: alterum datiui: potest addi tertium a nominatiuo aut datiuo: venustius autem in datiuo. ¶ Ut cui faustulo nomen fuisse ferunt. Liui. in. j. Cui nunc cognomen Julo. Uerg. Enei. j. Dicere autem licet. Est mihi nomen Jodoco ⁊ Jodocus. Habeo nomen Jodocum et Jodocus ⁊ Jodoci. Sed per habeo omnia duriter dicuntur.

¶ De dictione respondente substantiuo sequenti ⁊ antecedenti. Cap̄.cxix.

Nota de habeo. Dtōs ac nomiatiuos copulari p̄ suz es ē.

Quotiens huic genus est quum dictio respōdet antecedēti: quū deberet rñdere seq̄nti substātiuo vt apō Uerg. At puer Ascani⁹ cui nūc cognomē Julo. Liui. li. xxv. Scipio cui Aphricano fuit cognomē. Qui modus p dtm̄ lz frequētior sit: tñ nōnūq;z. ⁊ noiatiuo qō ē magis gñale vtimur: vt Ci. Argētari⁹ Sext⁹ clodi⁹ cui nom̄ ē est Phormio. Et Quin. Notū ē q̄d

Bliconi acciderit cui Spiridio fuit cognomẽ. Neqꝫ per relatiuũ modo: sed etiã citra relatiuũ: vt Teren. Hecyra est huic nomẽ fabule ꝛ hoc per nominatiuũ: per datiuũ: vt Liui. lib. j. Faustulo fuisse nomẽ ferunt. ꝛ Solinus de memorabilib⁹. Lapis iste in aquis mollis est: humo duratur exẽptus: nunc̃ duo simul reperiuntur. Inde vntonibus nomen datur.

¶ Epitome capitis. cxx.

¶ Quoties relatiuũ precedit añcedẽs: sic vt ab eodẽ regi videãtur latine ponunt in eodẽ casu: ¶ Dico quoties precedit: qꝛ precedente añcedẽte vtrũqꝫ cõformabit suo verbo. Lausa differentie est qꝛ dũ relatiuum precedit: ab eodẽ regi videntur: et in verbo antecedentis ipsum antedens repeti: vt Quas credis esse has non sunt vere nuptie. In isto autẽ eiusdẽ comici: sed in eunucho. Eunuchũ quẽ dedisti nobis quas turbas fecit? Non accipiã quẽ relatiue: sed interrogatiue pro qualem: vt sit sensus. Eunuchũ dedisti nobis? q.d. non verũ qualẽ Eunuchũ dedisti nobis: sed virũ nõ emasculatũ: ꝛ quas. i. quales turbas fecit. q.d. pessimas. Et in illo. j. eñ. Urbẽ quã statuo ꝛc. ordinẽ esse volunt. Vultis vbẽ quã statuo ꝛc. ea sup. vestra est. Nã preponit. Vultis et his mecũ pariter considere regnis. Urbem quã statuo: vt repetatur vultis.

Actũs ꝓ ntõ.

¶ De natura datiui ꝛ accusatiui sequẽtibus casum relatiui. Cap. cxx.

✤ Añs his elocutionibus an semp relatiuo posꝓponi debeat.

Hec de datiuo / est et actõ quoqꝫ sua natura: vt antecedẽs sequat casum relatiui relicto suo: vt apud Uergi. Urbẽ quã statuo vestra est subducite naues. Oratores autẽ postponunt antecedens: quale foret. quã vbẽ statuo vestra est: vt apud Ouid. Lecidere manu quas legerat herbas: et quale est Quinti. Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiant. In quo habita est ratio venustatis: vt relatiuum ꝛ antecedẽs sint in eodẽ casu. Sed sepius antecedente posꝓposito: qꝫqꝫ apud Lice. nonnulli illud in Sallu. sic legunt. Nunquid eos quos prome adieta. Ualla tulit Scipiones ꝛ Metellos: ante fuerũt aut i põgiũ opinionis aut glorie? Quidã legunt nũquid locũ hũc hi quos protulit quidã nunquid quos protuliat aliquãto lit. Tale est in euang. Sermonẽ quẽ vos audistis non est meus. qꝫ in greco hoc est in fonte est sermo: nõ sermonẽ. Unde interpres nosꝓbis explicat. ster transferens maluit latine qꝫ grece loqui. An non Nec ignoro qualia imperiti in hoc euangelij preclariꝰ loco disputare soleãt: profecto nequaqꝫ sic disputaturi: si grecã linguã mediocriter / latinã ꝙgrãmatice loq̃: vel idẽ nomen repetemus: vel accusatiuũ in ꝛ q̃si ꝑstã debitũ casum resoluemus. Nam vtrũqꝫ fieri ti⁹: ꝛ nobili⁹ q̃dẽ exemplis cõperimus. Siquidem ita frequenter locuti sunt authores. Quas res tibi tum q̃ppe qꝫ terra tum mari nuper commisi: he res sint cũ inter vir fratre communes: vel he sint tibi cũ fratre cõtutes munes: vel ex eis aliqua cõmunicabis cũ frarhetoꝛi tre. ꝛ itẽ per ceteros casus: vt quarũ rerũ non ce nũera indiges eas vel eas res donabis mihi: vel he tur non mee erunt: vel he res mihi auxilio eẽ possunt.

✤ Adnotatio nuperrime adieta. Ualla i põgiũ locũ hũc hi quos protulit quidã nunquid quos protuliat aliquãto lit. Tale est in euang. Sermonẽ quẽ vos audistis non est meus. qꝫ in greco hoc est in fonte est sermo: nõ sermonẽ. Unde interpres nosꝓbis explicat. ster transferens maluit latine qꝫ grece loqui. An non Nec ignoro qualia imperiti in hoc euangelij preclariꝰ loco disputare soleãt: profecto nequaqꝫ sic disputaturi: si grecã linguã mediocriter / latinã ꝙgrãmatice loq̃: vel idẽ nomen repetemus: vel accusatiuũ in ꝛ q̃si ꝑstã debitũ casum resoluemus. Nam vtrũqꝫ fieri ti⁹: ꝛ nobili⁹ q̃dẽ exemplis cõperimus. Siquidem ita frequenter locuti sunt authores. Quas res tibi tum q̃ppe qꝫ terra tum mari nuper commisi: he res sint cũ inter vir fratre communes: vel he sint tibi cũ fratre cõtutes munes: vel ex eis aliqua cõmunicabis cũ frarhetoꝛi tre. ꝛ itẽ per ceteros casus: vt quarũ rerũ non ce nũera indiges eas vel eas res donabis mihi: vel he tur non mee erunt: vel he res mihi auxilio eẽ possunt.

Et ita multis modis per casus variare oratiõnẽ licebit. Lice. pro ligario. Sed hoc non concedo: vt quib⁹ rebus gloriemini in vobis easdẽ in aliis reprehendatis. Et paulopost. Quotus enim quisqꝫ istud fecisset: vt a quibus partibus in dissentione ciuili nõ esset receptus: essetqꝫ etiã cum crudelitate reiectus: ad eas ipsas rediret? Idẽ in rhetoricis inusitatius. Sulpitio cui pauloante omnia cedebant: cum breui spatio non modo viuere: sed etiã sepeliri prohibuerunt. Illud magis poeticũ quale apud Hora. in epodo. Quis non malarum quas amor curas habet: hec inter obliuiscitur? Et iterũ in. j. saty. Qui fit Mecenas vt nemo quã sibi sortẽ seu ratio dederit: seu sors obiecerit: illa Contentus viuat: laudet diuersa sequentes.

¶ Epitome capitis. cxxj.

¶ Quoties huic complexo: ne dicã: precedit substantiuũ nominatiui casus: et sequitur adiectiuũ: idipsum qꝫ sequitur in actõ: quoties autẽ substantiuũ cũ adiectiuo suo sequitur vtrũqꝫ ponet in nouatiuo: a quo sepe in actñ legit mutata locutio. ¶ Lausa differẽtie est: qꝛ in priore modo intelligit eũ: in posteriore verbũ aliqꝫ: vt hõ prudens ne dicã subaudi eũ sapientẽ: prudens: ne dicã sapiẽs hõ sup. id fecit aut dixit: aut est. Similiter vbi oño de nouatiuo mutat in actñ: sufficietur nominatiu⁹ suppositalis: vt textꝰ declarat. Ex vtroqꝫ aũt textu tã hic qꝫ superiore elici posset: qꝫ ad latinitatẽ satis est videri congruitatẽ esse in cõstruẽdo: tametsi nõ est pro lege grãmatica.

¶ De interiectu huius vocis ne dicã: ꝛ dicere oportet similiũqꝫ. Cap. cxxj.

Homo prudẽs ne dicã sapientem meliꝰ qꝫ ne dicã sapiẽs. Lice. pro deiotaro. Crudelis castor ne dicã sceleratũ ꝛ impiũ. Et hoc substãtiuo precedente: secus aũt sequẽte: quale esset crudelis / ne dicã scelerat⁹ ꝛ impius Castor: ꝛ prudens / ne dicã sapiens homo. Nã si ponamus in actõ perquã absurdũ foret sic. Crudelis ne dicã sceleratũ ꝛ impium Castorem: ꝛ prudens ne dicã sapientẽ hominẽ. In priore eñ mõ subintelligitur eũ sic. Crudelis castor: ne dicã eũ sceleratũ ꝛ impiũ. In alijs casibus nõ est hec neqꝫ diuersitas: neqꝫ causa: vt idẽ. An sperasset hoc viuo Milone: ne dicã consule: vel an sperasset hoc viuo ne dicã consule Milone? Illud eiusdẽ in libris ad Herẽniũ neqꝫ dissimile his neqꝫ vsqꝫ adeo simile est. Obfuit plurimũ eo tẽpore reip. consulũ siue stultitiã: siue malitiam dicere oportet: siue potius vtrũqꝫ. Nam vbi erit suppositũ? Certe deest. Illud namqꝫ verbũ qꝫ interiectũ est: de nominatiuo mutauit in accusatiuũ. Sed sicut in Euripo aut Sicilie freto inflata vento vela aquarũ impetus retroire cogit: ita oratiõnẽ lege grãmatica euntẽ authoritas ipsa cõsuetudoqꝫ inhibet ac repellit. Uerum (vt grãmaticoꝝ expectatiõni satisfaciam) sic erit cõstruendum: aut stul-

titia cõsulũ: aut malitia aut potius vtrumq; obfuit plurimum eo tẽpore reipub. siue illud factũ cõsulũ dicere oportet stultitiã: siue malitiã: siue potius vtrũq;. Uel sic. Obfuit plurimum reipu. eo tempore consulũ factum: siue illud malitiam: siue stultitiã eorũ siue vtrũq; dicere oportet.

¶ Epitome capitis. cxxij.

¶ Audiui te vt ceteros adfuisse in prelio: significat te in prelio vt ceteri adfuerunt: adfuisse. audiui vt ceteri: te in prelio adfuisse: significat id me vt ceteri audierunt: audiuisse: que ratio in alijs quoq; signanda est.

¶ De infinitiuo vel interiecto vel postposito. Cap. cxxij.

Ut ceteros et vt ceteri.

Audiui te vt ceteros adfuisse i prelio et audiui te adfuisse in prelio: vt ceteri: hic subintelligit adfuerunt: ibi intelligi non potest statim sequente infinitiuo: et omnia ad suũ regimẽ trahente. Itaq; sic exponitur audiui te adfuisse in prelio: vt audiui ceteros adfuisse: alterũ vero vt dixi (hoc modo) audiui te adfuisse in prelio vt ceteri adfuerunt: qõ nequaq; conceditur sic dicere: audiui te vt ceteri adfuisse in prelio. Hoc enim declarat: audiui vt ceteri audierũt. Alterũ fortasse sic: audiui te adfuisse in prelio: vt ceteros.

¶ Epitome capitis. cxxiij.

Expositio elocutionũ.

¶ De diuerso varioq; regimine verboꝝ: cũ aduersa similiue significatione. Cap.cxlvj.

Cedo tibi. Cõcedo tibi. Cedo te tibi. Dimitto. Incesso. Incesso tibi. Inest huic. Inest in hoc. Cõparo et cõfero te illi et cuꝫ illo: Sis tibi et tui. Cõe oib⁹ ⁊ omnium. Particeps tuo rũ et tibi ⁊ tuis. Accedit mihi ad me. Impendo huic rei et in hanc rẽ. Partior laborem multis ⁊ in multa Adiscio huic rei ⁊ ad hãc rem. Respondeo. Celo. Nascor. aggrego Ascribe ⁊c. Penitet cum socijs.

TImeo te tanq; inimicum: timeo tibi tanq; amico. Illic tanq; offensurus sis / hic tanq; defendẽdus. Cõmẽdo te regi. i. cõmitto: cõmẽdo te apud regẽ. i. laudo. Cedo tibi vnde ⁊ cõcedo tibi pro nõ repugno tibi: facitq; preteritũ cessi: cedo te ꝓ flagello te: cuius preteritũ est cecidi pro flagellau ⁊ supinum cesum. Vnde cesus vel qui flagellat⁹ est vel qui amputat⁹ est siue occisus: raro ꝓ occidi hoc verbũ accipiẽ. Cic. in Phi. Cedit greges armẽtoꝝ. Dimitto te discedẽs i. relinquo: dimitto te discedẽtem. i. abire permitto: vel dimitto: id est mitto: vnde dimissi legati dicunt. incessit mihi cupiditas. i. subijt. Incessit me ille: id est me offensurus / me petit ⁊ accusat. Inest huic loco: ⁊ inest in hoc loco. Primum apud Quintilianũ ceteroſq; frequẽti⁹. Ait enim. Verũ hoc meli⁹ faceret natura ipsa duce: sed naturis ipsis ars inerit. Sepũdũ apud Ciceronẽ frequenti⁹: vt ibi. Illud enim honestũ qõ sepe dixim⁹: si in alio cernim⁹: tñ nos mouet: atq; illi in quo id inesse videt amicos facit. Cõparo hãc rẽ illi: ⁊ cũ illa: cõfero te illi ⁊ cũ illo. Ego sum sicis tibi ⁊ tui. Hoc est cõmune oib⁹ ⁊ oĩm: vel cõmune mihi tecũ ⁊ cũ ceteris. Ego sum particeps laboꝝ tuoꝝ: ⁊ tibi sum in laboꝝ particeps. Quin. Et in plerisq; rebus operib⁹ marito particeps. Cur. Qõ fuisset illis in periculis particeps. Accedit huic rei: ⁊ ad hãc rẽ: vel accedit huc: vel eo vel eodẽ. Quint. Atq; vt accedat doloꝝ meo cumul⁹: que hoc facit vtor mea est. Cice. Ut ad illã optimã preclarãq; predã donatio Sexti Roscij velut cumul⁹ accedat. Impẽdo curã: vel operã vel laborẽ ⁊ similia huic rei et in hãc rem: qõ in Quint. sepe reperias. Partior laborẽ multis negotijs: ⁊ in multa negotia: vt apud eũdez. Adijcio huic rei: ⁊ ad hãc rẽ. Respõdeo tibi ⁊ ad te. Celo te hanc rẽ ⁊ celo te de hac re. Tu es nat⁹ ad laudẽ: laudi. Cicero pro Sextio. Nã quid ageret vir ad dignitatẽ ⁊ gloriã nat⁹? Et in eodẽ. Qui se patrie: qui ciuibus suis: qui laudi: qui glorie: nõ qui somno ⁊ cõuiuijs ⁊ delectationi natos arbitrant. Aggregabo te illis vulgo dicim⁹. Idem. Aggregare te soleo in numerũ nostrũ. Idem pro Archia. Ascribi se in eam ciuitatẽ voluit: ⁊ p eodem. Quũ fuerit in alijs quoq; ciuitatib⁹ ascript⁹. Idẽ in Philip. Tu vero ascribe me in talẽ numerum. Idem ꝓ Rabirio. Si quis hunc reprehendendũ putat: ascribat ad iudiciũ suũ non modo meam: sed hui⁹ etiã ipsius qui cõmisit sententiã. Item contra Rullũ. Illũ sibi collegam ascriberes. Tibi hoc ascribẽdum est. i. tribuendum ⁊ imputandum.

¶ Epitome capitis. cxlvij.

¶ Penitet: tedet: miseret: piget: ⁊ pudet que verba impersonalia sunt: optãt ante se aliud impersonale cum quo construant: vt cepit: incepit: desinit: posset ⁊c. ¶ Habet aũt tedet ꝓ preterito pertesum est: cuius dicaꝝ etiã disteduit ⁊ perteduit: ⁊ miseret misertum est.

¶ De noua ratione regendi quorundã impersonalium. Cap.cxlvij.

Cepit eum penitere: posset te pigere. Desinet me tedere sepius dicimus cq; cepit ille penitere: posses pigere: desinam tedere. Quin. i milite Mariano. Neq; si sit cupidissimus vite: penitere eum sui facti potest. Cice. de petendo consulatu. Si hic ciuis liber est cui⁹ authoritatis neminem posset penitere. Idem in Verrem. Jã iam Dolabella me neq; tui: neq; tuorum liberorum quos tu miseros in egestate atq; in solitudine reliquisti: misereri potest. Simile est illud Terentij. Ita me dij bene amabunt: vt me tuarum misertum est Benedeme fortunarum: me pro a me misertum dixit.

¶ Epitome capitis. cxlviij.

¶ Desunt nõnunq; in oratione verba: sed nõ sine gratia. Quoties videlicet commotis: vt per iram interrogantibus aut minantibus: per Aposiopesim datur sermo abruptus. Aut quoties qõ subticeẽ verbum est intellectu facile: vt verbũ generale: aut ad loquelam spectãs: vnde Seruius honestam dicit eclypsim in illo Vergiliano. Talia per latiũ: vbi subauditur gerebant. Sero autẽ facio: fio: sum cõmunia sunt verba. ¶ Exempla plurima sunt in textu. Illud Cic. Quo ⁊c. sic cõstruiẽ. Quo i. ad quem vsum sup. detur: aut petã mihi authori pacis signum Martis. q.d. ad nullum. Quinti. sic Quo. i. ad quid per fidẽ sup. rogo dederis sup. ceco diuitias: vt quibus nesciat vti: quo id est ad quẽ vsum dat nũc tm frumẽti ⁊c. Colligit aũt Valla ser modos: quorũ primus est per quo. Secundus per vnde. Tertius per dico. Quart⁹ per rñdeo. Quintus per cõfiteor. Sextus per verbũ generale. Verbũ autẽ est: facillime in participijs intelligiẽ: ⁊ nonnunq; in alijs: vt Enei. j. Nũc fama minores: Italiam diuisse ⁊c. subaudi est.

Verba deesse cũ gratia et venuste ꝙ quo vnde.

¶ Quod in oratione verba nonnunq; venuste desunt atq; redũdant. Cap.cxlviij.

Desunt nonnunq; in oratione verba: sed non sine gratia: vt Horat. quo mihi fortunam: si non permittitur vti. i. ad quid vultis esse mihi bona fortune. Hic modus incipit: per quo: alius incipit per vnde: vt idem. Vnde mihi lapidem: quorsum est opus? vnde sagittas: supple putas / vel dicas mihi esse. Jue. saty. xiiij. Unde tibi frontem: libertatẽq; parentis. Quumfacias peiora senex? Cicero ad Fabium. Martis vero signum quo mihi pacis authori? Quinti. Quo per fidem diuitias ceco. Et alibi. Quo nunc tantum frumẽti? quo classem commeatu grauem? Idẽ. Unde hunc illi animum? Et alibi. Unde tantum virtum ceco: vt in vno statim ictu mors tota peragatur? Idem tamen sit alio loco. Unde misere tunc. Unde somnus? sup. erat. vel est. Est tertius modus: vt apud eundem. Se-

Modus primꝰ p quo secũdus modus per vnde.

quitur questio an vtilis rhetorice. Nã quidã vehemẽter in eã inuehi solẽt: ꝛ (quod fit indignissimum) in accusatione rationis vtuntur orandi viribus: eloquẽtiam enim esse quepenis eripiat scelestos: cuius fraude damnẽtur interim boni: cõsilia ducantur in pelus: supple: dicũt eñ eloquentiam Cicero. Habẽdas esse quã laxissimas amicitie habenas caput eñ esse ad bene viuendũ securitatem: supple dicunt eñ caput. Qui modus loquẽdi apud grecos est frequentissimus. Idem verbũ aliquãdo redũdat: vt de oratore Cice. Titũ illũ qui studiose pila luderet. Et idẽ. Signa sacra noctu frangere putaret gregalesq; quũ in cãpum non venisset requirerent: excusauit Decũ rñdeo spa Terenti⁹ qõ in eum brachiũ fregisse diceret. Satis erat dixisse q; brachiũ fregisset. Et non longe illinc. Cui qui familiaris quidam quereret: q; diceret vtorẽ suã suspẽdisse se de ficu: amabo te inquit: da mihi ex ista arbore quos serã surculos. Sat erat sine illo q; diceret: sz illud diceret libẽter apponit Ci. Quartus quũ suppletur respõdeo vt idẽ frequẽter. Quod aũt scribis de illo negotio: ego nescio quid cõsilij captam vel ego iã antea timuerã sup. rñdeo raroq; vel nunq; hoc verbũ proferetur. Aliqñ subintelligit simile verbũ: vt apud Quint. Sed si cõfessionẽ exigitis culpe mee: ego fui pater durus: et patrimonij: quod iam melius ab his administrari poterat tenax custos: supple confiteor: qõ est: quint⁹ modus vt apud Cic. In obsequio (qñ Terentiano verbo libẽter vtimur) assentatio absit: veritas retineat. Subintellige ita loquimur. Et alibi. Satiari delectatione nõ possum: vt mee senectutis requiẽ oblectationẽq; noscatis subintellige hoc dico: vt noscatis. Sext⁹ modus: vt apud Pli. iuniorẽ. Studes an piscaris: an venaris: ansimul oia? sup. facis. Quin. Nil aliud vt facio, q; renuet. i. nil aliud faciet / q; renuet. Et iterum. Et acceptis literis meis iuuenis fili⁹ nihil aliud q; cũ matre fleuisset. i. nil aliud fecisset q; cum matre fleuisset. Martia. Nil aliud bulbis q; fatur esse potes. i. nil aliud facere. Cui confine est illud vbi prolato aliquo adverbio qualitatis subauditur pro conditione materie aut dixit aut fecit. vt Bene Enni⁹ / preclare Anaxagoras: fortiter Scipio: ꝛ prudenter Fabi⁹: sup. dixit. aut fecit: prout ex his que aut iã diximus: aut dicturi sumus colligitur. Et per cõparatiuũ. Dij melius: sup. fecerint: aut faciãt: aut certe velint. Nec de dijs solum verũetiã de hoĩb⁹: vt apud Quinti. Tu melius vtor que facturũ retinebas: sup. fecisti Interdũ etiã per nomẽ: nã illud meli⁹ est adverbiũ: vt dij meliora. Lucan⁹ ipse verbũ apposuit. Dij meliora velint. Nec procul ab huius natura abest: qñ vtimur hoc nomine res / siue in nominatiuo: siue in accusatiuo / forte etiã in alijs casibus: vt restat mihi exponẽda vita quã hic egit in magistratu: res digna auditu in primis: vel reliquum est: vt exponam vitã hui⁹ qua fuit in magistratu: rem dignam

Uerbuz ad loquelam spectans.

Tertius mod⁹ p dicunt.

Redundant.

Quart⁹ mod⁹ fit cũ rñdeo deest.

Quint⁹ mod⁹ qñ deest verbũ.

Confiteor.

Sextus mod⁹ qñ deest verbũgñale vt facio,

auditu in primis.

¶ Epitome capitis. cxlix.

¶ Propter certitudinẽ significandam locuti sunt oratores de futuro per preteritum. Sepe aũt optatiui tẽpora quasi necessitatẽ importãtia vsurpãt. Sepe ad hoc si particulã subaudiẽ. Itẽ sepe imperfectũ preteritũ p plusq̃ perfecto: ꝛ indicatiui tẽpora pro alterius modi temporibus: ac econuerso ornatus aut varietatis gratia posuerũt. ¶ Exempla oia patẽt in textu: preter que est adhuc ali⁹ modus exempli: qñ subiunctiuũ pro indicatiuo vsurpatur: vt si pergis / abiero: pro abibo. Aut potius pro si perrexeris dixit si pergis ꝛc.

¶ Cur de futuro non per verbũ futuri tẽporis authores interdũ loquantur. Cap. cxlix. Preteritũ pro futuro.

Annibal apud Titũ Liuium allo quẽs milites inquit. Si tales antmos in pelio habebitis: quales hic ostẽdistis: vicim⁹. Quin. Si tales verba milites oẽs habebim⁹ mari: vicimus. Cur de futuro nõ p verbũ futuri tpis locutus est? Nẽpe adasseuerãdã rẽ: vt nõ futura: sz tanta esse videat: multoq; pl⁹ ponderis habet: vt cessitatẽ dicam⁹ vicim⁹: q; vincem⁹. Idẽ Quin. Dimitte te tñ: ꝛ euocasti. i. euocaueris. Ci. Unũ oñde tiam. in tabulis aut tuis / aut patris tui emptũ: ꝛ vicisti pro viceris. Idẽ p Sertio. Restitisses: repugnasses: mortẽ pugna oppetisses: p eo qõ resistere: pugnare: mortẽ pugna oppetere debuisses. Ouid. li. iij. Met. Premiaq; eripies: q. si tibi magna vidẽtur. Ex illis scopulis vbi Imperatorẽ affira petisses. i. petere debuisses. Ter. in fectũ pro An. prediceres p eo q; est predicere debebas. plusq̃pfecto. Et alibi. Fortasse aliquãto iniquior erat propter ei⁹ libidinẽ pateret: p pati debebat. Itẽ Cic. iij. offi. Male etiã Curio quum causam trãspadanorũ equã esse dicebat: semper addebat vincat vtilitas: poti⁹ diceret nõ esse equã: q; nõ esse vtilis reipu. i. dicere debebat. Huic simile est quale apud Ouid. de remedio. Ghosia fecisses inopẽ sapiẽter amasset. i. si fecisses inopẽ. Hora. Decies cẽtena dedisses. Huic paucis cõtẽto: q̃q; dieb⁹. Nil erat in loculis i. si dedisses. Pli. iunior. Dedisses huic animo par corpus: fecisses qõ optabat id est si dedisses. Illud magis poeticũ: vt Verg. Tu quoq; magnã partẽ opere in tãto sineret dolor Icare haberes. i. si sineret. Iuue. Grecul⁹ esuriẽs in celũ tusseris ibit. i. si tusseris. Adhuc diuersum huic est quale est apud Cice. Lõciliatis. Cn. Põpeij peristromatis seruorum in cellis stratos lectos videres. i. vidisses. Quin. Semper vidisses: vt ibi vidisses nõ quẽadmodum tenues vmbre corp⁹ accipere cogitationib⁹ solẽt. Apud hũc sepe est hic mod⁹ loquendi. Si pseuerassem duos excecauerã p excecassem. Quale est illud Horatianũ. ij. Carminum qõ metri cã Pris. dici putat. Metrũc⁹ illapsus cerebro Sustulerat: nisi faun⁹ ictũ Dextra leuasset. Apud illũ q̃dã pene cõtrariũ: vt ibi. Dictatoris nomẽ: ꝛ qõ sepe iustũ futisset p fuerat. Nam de impfecto subiũctiui: quod solet poni

Et indicatiui p alterius modi tẽpora: aut econtrario.

pro imperfecto indicatiui in proximo libro iam dixi: cuius hoc exemplū fuerat: nō quia amicus nō esses. Cic. de repub. lib. vj. Et qđ de via fessus essem: ⁊ ad multam noctem vigilassem: professus eram: ⁊ vigilaueram.

Licero.

¶ Epitome capitis. cl.

¶ Cū verbis oportet: decet operepretiū est: expedit necesse est: cōducibile ⁊ similibus cō suetudo oratorum presens infinitiui verbi actiui construi: ratio grāmaticorum potius passiue vocis: sed oratores potius preteritū passiue vocis q̄z actiue: quod aliter dici solet. ¶ Cum dictis verbis construenda esse participia accusatiui casus: aut cū opus est ablatiui casus loco verborū. ¶ Verbi gratia: loco huius necesse fuit cōtulisse dicūt cōsultū oportuit: ⁊ loco huius opus est cōsuluisse consulto opus est. Sallu. in Catilina. Nam ⁊ prius q̄z inceperis consulto: ⁊ vbi consulueris mature facto opus est.

participia ablatiui casus loco infinitiui ponūtur.

¶ Vbi nitidius vtimur actiuo: vbi passiuo. Cap. cl.

De infinitiuo actiuo ⁊ passiuo.

Oportet legere libros: expedit euolre authores: vtile est cognoscere plurima: operepretiū est habere quos imitemur: necesse est adhibere vsum: conducibile est descendere in certamē: ⁊ agitare cū alijs cōtrouersias. Vel per passiuum: oportet legi libros: euolui authores: cognosci plurima: haberi q̄s imitemur: adhiberi vsum: agitari cum alijs controuersias. Hunc postremē modum magis ars grāmatica ꝓbat: illū magis autoritas. Sec⁹ in preterito. Nāq̄ non ita legimus sepe fecisse hoc oportuit: vt factum hoc oportuit. Ci. in Uerrē. Tamē id factum non oportuit: ⁊ in eundē. Apollinis signū ablatū certe nō oportuit. Et alibi. Tota rem illi integrā seruatā oportuit. Nō dissimile sane est illud per alterū verbū (de volo loquor) vt idem. Liberis cōsultū voluimus: etiā si posthumi futuri sint. Idē. Percurram tamen breui: vt non minus hominem ipsum q̄z ius commune defensuz velitis. Quin. An incidisse in sordidum nomen: non eo contēptū hominis quē destructū volebat auxisse.

Factū oportuit sepe legit nō aūt sepe fecisse hoc oportuit.

¶ Epitome capitis. clj.

¶ Oratores nōnunq̄z propositiones ⁊ rationes confundunt: ita vt prius q̄z secundā partem propositionis exequantur: priorisrationem assignent.

¶ Propositiones: rationesq̄z interdum misceri. Cap. clj.

Propositiōes et rōnes cōfundi.

Nam vbi vinci necesse est expedit cedere: siue plura sunt de quibus queritur: facilior erit in ceteris fides siue vnū: mitior pena solet irrogari verecundie. Miscuit hoc loco Quin. propositiōes / rationesq̄z: quū sit vsitatissimū sic dicere: siue plura sunt de quibus queritur: siue vnum. Si enim plura: facilior erit in ceteris fides. Sin vnum / mitior pena solet irrogari verecūdie. Atq̄z iterū. Firmis autē iudicijs iamq̄z extra periculū positis: suaserim ⁊ antiquos legere (ex quibs si assumatur solida ac virilis ingenij vis: deterso rudis seculi squalore: tum hic noster cultus clarius enitescet) ⁊ nouos quibus ⁊ ipsis multa virtus adest. Alius dixisset: suaserim ⁊ antiquos legere et nouos: antiquos quidē ⁊c. nouos vero ⁊c. Cicero. in Antonū. O te miserum siue illa tibi nota nō sunt (nihil enim boni nosti) siue sunt: qui apud tales viros tā imprudēter loq̄ris.

¶ Epitome capitis. cliij.

¶ Quia video verbū est personale: dicam tu Uideor. videris mihi probus: nō videtur mihi q̄ sis probus: ⁊ ita in consimilibus.

¶ De vsu venusto ꝟbi videor. Cap. cliij.

On videt tibi q̄ bene facia ⁊ mihi nō videtur q̄ bene loquaris: sicut vobis videt q̄ male facim⁹ / ita nobis videtur qđ male facitis videtur tibi qđ ille bene scribat: ⁊ mihi videtur qđ isti bene arent. Rusticanus hic sermo est ⁊ agrestis. Eruditi enim sic loquuntur. Nō video tibi bene facere: ⁊ tu nō videris mihi bene loqui. Sicut vobis videmur male facere: ita nobis vos videmini: ille videtur tibi bene scribere: ⁊ isti mihi videtur bene arare.

Mihi et tibi.

¶ Epitome capitis. cliij.

¶ Dativus mihi ⁊ tibi sepe ex consuetudine loquendi assumitur: ita vt nullū certū aut referat: aut demōstret. Exempla sunt in textu.

¶ De vulgari quodam vsu mihi ⁊ tibi. Cap. cliij.

Ic mihi gloriatur se omnes honores sine repulsa obtinuisse: et alibi idem Cic. narrans Bruto rē in qua ille non adfuerat / inquit. Ecce tibi Pompeius noster. illud mihi ⁊ tibi / non magis ad me vel ad te: q̄z ad ceteros pertinet: ſz est oratio sumpta de medio q̄ vulgo vtimur: tu mihi semper dormis: ille mihi assidue sedet. Quū super cenā essemus / ecce tibi ostiū crepuit: hic ꝫmo neq̄z ad me / neq̄z ad te / neq̄z ad quēq̄z refertur / ideoq̄z differēs est ab illo figurato: quale est apud Uer. Ne mihi tū molles libeat iacuisse per herbas Neue tibi ad solē vergant vineta cadentē. Ibi hic precipit ad vniuersos sub prima ⁊ secunda persona: ibi nō precipitur nec ad aliquem sermo est.

Mihi ⁊ tibi ita aliqñ in oratione ponūtur: vt ad nullū certū referant.

¶ Epitome capitis. cliiij.

¶ Superioribus / aut paucis diebus aut triduo similesq̄z ablatiui nō sunt exponendi sic: per superiores aut paucos dies: seu ꝑ triduū sed intra superiores: aut paucos dies: aut intra triduū: significatur enim per ablatiuum tempus intra qđ aliquid factum est: aut fieri potest: aut etiā tēpusqñ: sed tempus q̄z diu potius in accusatiuo ponetur. ¶ Et id potissimum si sit continuatum ⁊ sine intermissiōe: licet author noster id nō approbet. Nam Nonius marcell⁹ nō futilis author: ⁊ obseruatio doctissimorum id approbat. Nō enim obstat q̄ interdum addit accusatiuo particula integritatis ⁊ continuationis vt hic iā tercen-

Accusatiuus et abltūs tē poris.

tum totos regnabitur annos Sēte sub hectorea: qz regula nota est. Equalēs geminis harū si iungit vni. Dictio p reliqua tm̄ modo debet haberi. Uñ tps q̄diu p̄cipue cōtinuatū in actō ponit aut etiā in ablto: nisi dicamus ab hinc triēniū aut intra: nō infra triēniū. Uerū Hector quoq; authorē nostrū seqt dicēs. Quotiescūq; (inqt Marcell⁹) p actm̄ annos vel dies loq̄mur: iuges annos vel dies vocamus: quoties per ablm̄ interiectis aliquibus annis vel diebus. Frustra excogitata est hec differentia Noni Marcelli: z si tuā sententiā oēs qui de hac re locuti sunt ad nostrā vsq; etatē p̄bare videant. Si enim per actm̄ significaret tēpus cōtinuatū: nō oporteret: vel potius nō liceret addere cōtinuos: vt Lice. p lege Manilia. At hercle aliquot annos continuos ante legē Gabiniā ille populus Romanus cuius vsq; ad nostram memoriā nomē inuictū in nauali⁹ pugnis per māserat: magna ac multo maxima parte nō mō vtilitatis: sz dignitatis atq; īperij caruit. Uer. Ene. j. Dicta tercētū totos regnabit annos. Itē Geor. iiij. Septē illū totos p̄hibent ex ordine mēses Fleuisse. Si igit per actm̄ tēpus minime interruptū significaret: nō oporteret addere totos neq; ex ordine qō significat sine intermissione. Dicendum est ergo q̄ indifferenter loq̄mur per ablatiuū more latino: z per ablm̄ instar Grecor. Nihilq; differt si dicat (vt Li. scripsit) q̄q̄ te Marce fili annū tā audientē Cratippū. aut duob⁹ annis audiui Platonē. Imo etiā per ablatiuū addēdo cōtinuis vel totis loqui possum⁹. Unde in apostolicis lectiōib⁹ legit ca. vlti. Dū ēsit autē Paulus biēnio toto in suo cōducto disputās. Oui. lib. v. tristiū. Pene decē totis aluit Peāti⁹ annis. Terē. in adel. Sex totis mēsibus olfecissem q̄z ille q̄cq̄ ceperat. Uerū illud fortasse melius preciperet: quū de parte nō de toto tēpore loquimur: nō licere per accusatiuū loqui: sed p ablatiuū: vt si dicas. Ego hoc anno ad te veniā id est aliquo tēpore huius anni. Quod nō recte diceres per accusatiuū: ad te hunc annū veniā. ¶ Per accusatiuū nō tēpus cōtinuū: neq; itē p ablm̄ significari discontinuū: tametsi plurimis exēplis possuz cōprobare: pauca tamē que subiectā: cādido lectori satisfecerint abunde. Suetonius in Augu. In lectū inde transgressus nō amplius quū plurimū quā septem horas dormiebat: ac ne eas quidē continuas: sed vt in illo quidē tēporis spatio ter aut quater expergisceret. Idē in Calig. Uixit annis. xxix. Imparauit triēnio z decē mēsibus: diebus q̄z octo. Quin. instit. orat. li. v. Adulterij rea est: que quū anno vidua fuisset: enixa est. Plt. in vij. natura. hist. ca. xlviij. Quintus Fabius maximus sexaginta trib⁹ annis augur fuit. Idē li. xviij. ca. xxx. Uarro author est sic cōditum triticū durare annis quinquaginta. Idē in tribi. Idē fabā a Pyrrhi regis etate in quodā specu Ambracie vsq; ad piraticū pōpeij

Marcelli differētia de actō z ablto tpis an sit vera.

Verg. j. enei.

Joā. Theo.

magni bellū durasse annis circiter. cxx. Qui sane loquendi modus apud hunc ipsum authorē longe frequentissimus est.

¶ Uñ maiori tpe exp̄sso partē ei⁹ accipimus z qñ deest post. Cap. clviij.

Superiorib⁹ dieb⁹ veni i Caumanū. z iterū. Qui his paucis diebus pōtifex factus est. Et in futuro. Paucis diebus eram domesticos tabellarios missurus. Et iterū. Triduo aut ad summū quatriduo periturū. Hec Cic. z Sallust. Legati triduo nauim conscendere non est accipiendū per superiores dies: z per paucos dies: per triduū et quatriduū: sed intra superiores dies: intra paucos dies: intra triduū z quatriduū: nā illud quod aliqui dicūt: tēpus cōtinuatū z solidū significart per accusatiuū sec⁹ vero p ablm̄: plane falsum est. Cic. em̄ atq; Uer. sepius actō z quidem indifferenter vtunt: posteriores vero pleriq; ablō. Uliq; in hmōi genere sermonis omittim⁹ p post sic intra decē dies q̄z venit: cōfecit omne negociū: in paucis diebus q̄z rhodū appulit: vtrorem duxit. i. post q̄z venit: post q̄z appulit: que exempla apud hist̄icos sunt plurima.

Supplosis dieb⁹.

Falsuz est iugē tēpus p actm̄ sigrī secus aūt p auferēdi casum.

¶ Epitome capitis. clv.

¶ Quid est sine particula diuersitatis nisi interueniat dictio: aliud: aliter: aut comparatiuū nomē nō recipit post se q̄z: sed nisi. ¶ Nō ergo dices. Quid est animal: q̄z corpus: sed nisi corp⁹ z. aut q̄d aliud est animal nisi z.

Quā p posiq̄z.

Quid est nisi z q̄d est aliud q̄z z.

¶ Ubi deceant nisi q̄z z p̄terq̄z. Cap. clv.

Licero.

Quinti.

Quid est animal nisi corpus cum anima cōcretū: recte z latine: q̄d est animal q̄z corpus cum animal cōcretū: nō recte nec latine. Adde aliud vel aliter: vel sec⁹: z vtroq; modo licebit dicere. Quid est aliud aia q̄z corpus / vel nisi corpus cū anima cōcretū' Cic. Quid est aliud gigantum more bellare cū diis nisi nature repugnare? Idē faciet cōparatiuū: vt quid est melius q̄z gaudere: vel: nisi gaudere? vt Quintil. Nihil est facilius: nisi totā causam omnino nō agere. Preterq̄z eandē aut prope parē vim obtinet quā nisi: cuius exempla vt facilia pretermittim⁹: vnū illud admonētes vbi est preter: ibi locum habere preteq̄z / ad hunc modum: vt nullius rei sum auar⁹ preter laudē: vel preter q̄z laudis nulli places preterq̄z mihi: vel preter me.

Preter. in hecy.

Nūq̄z tā dices cō moderi tergum meū tuā mittam.

¶ Epitome capitis. clvj.

¶ Transferre aliquando spectat ad imitationem sic: vt quid penes eos vnde trasfertur maneat.

¶ De vsu huius q̄bi trāsfero. Cap. clvj.

Quem morē Spartiate transtuleunt in feminas, z alibi idē Cice. Quod nisi in amicitiā trāsferatur. Que in alios transferunt: non solent remanere penes eos a quibus transferūtur. Nos aut em vt vult Cice. ita transfertur: vt penes priorem quoq; remaneat. z in libro. j. offici. Nō ab Ennio positum in vna re trāsferri in

i fidē cōmittam.

Aliqñ si ne negatione po nit. Cic. lib. ij. offici. fic. per culosum

Joan. Theo.

Vallen in antoniū Raudēsez ita de hoc q̄ bo dicit. At enim memini p̄terituz

tpsiesſ tũ multas põt. et in eodẽ. Eadẽq̃ mediocritas etiã ſor- ad oẽm vſum/cultũq̃ vite trãſferẽda eſt. Lu- didũ ad ca.in.x. Nõdũ trãſlatos Romana in ſcꝫa iurꝫ.

famã cõ- ¶Epitome capitis.clvij.

mittẽ vt ¶Committo ſequente vt: aut ſimili particu-

accuſa- la:fere in malã partem ſumitur: ideoq̃ habet

tor nomi- negationem prepoſitam.

netur. ¶Cõmitto qualiter accipiaſ. Cap.clvij.

Quãob- On cõmittas:vt quũ oĩa tibi a no-

rem. bis ſuppeditata fuerint vt tibi de-

¶Com- fuiſſe videare. Et iterũ. Non cõmit-

mitto ſe- tas vt dicendũ ſit non putarã. Hæc

quẽte vt Lice. Quinti.quoq̃. Nõ cõmittã vt illa du-

vel ſimili bia faciam defenſionis ſollicitudine: et alibi.

dictione Nihil tibi minus cõmittendũ q̃ vt vlciſcaris

ſemper ĩ hoc flagitiũ: in eo pſertim q̃ apud malignos

malã par poterit videri te permittente feciſſe. Lice.tñ

tẽ accipi quodã in loco nõ per vt:ſed per q̃obrẽ locut⁹

tur. eſt dicẽs. Nil tibi eſſe cõmittendũ cõſyderare

debes:q̃obrẽ eorũ quos laudas:te nõ ſimilli

mũ prebeas. Idẽ pollet q̃obrẽ q̃vt: ꝛ licebit

illud tollere:et hoc ſubiſcere. Ex q̃b⁹ exẽplis

datur intelligi hoc verbũ ſequẽte vt: vel ſimi-

li dictione:ſemp accipi in malã partẽ: nec re-

cte dicas fac cõmittas:vt oẽs te laudent:aut

ſic. Non cõmiſiſti vnq̃ vt laudareris: ꝓterea

ſemper habet ſecum negationẽ.

¶Epitome capitis.clviij.

¶Oriũdus participiũ nõ eſt:ſignificat autẽ

locũ vnde maiores noſtri ſunt: noſq̃ originẽ

trarim⁹ licet alibi orti.i.nati ſimus. Dicit aũt

ort⁹ circũ ſtãtiã loci in quo:oriũd⁹ vo de quo.

¶De Oriundus ꝛ Ortus. Cap.clviij.

Oriũd⁹. Ortus. ORiundus q̃ nõ habeat vim partici-

pij:credo alij direrũt. Cuius vtendi

hic modus eſt. Ego ſum ortus Ro-

me:oriũdus a Placẽtia. Titus Li-

uius. Hati Carthagine: ſed oriũdi a Syracu

ſis.i.a Syracuſis originẽ trahẽtes vnde fue-

runt parẽtes:vel ſine prepoſitione:vt idẽ. Al-

ba oriundũ ſacerdotiũ. In perſonis fere cum

prepoſitione. Idẽ. Longe is princeps latini

nomis erat (ſi fame credim⁹) ab Vlyſſe deaq̃

Lyrce oriũdus. Idẽ. Quid hoc ſi polluit no-

bilitatẽ iſtam veſtrã:quã pleriq̃ oriũdi ex Al

banis: ꝛ Sabinis non genere: nec ſanguine:

ſed p cooptationẽ in patres habebitis: Nõ-

nunq̃ p indeclinabilia: vt inde ego ſum oriũ

dus/vnde tu. Liuius tñ (ſi recte ſcribiť) ait li.

viij. Palepolis fuit haud pcul inde: vbi nũc

Ioan. Neapolis ſita eſt:duabus vbibus idẽ popu-

Theo. lus habitabat:cuius erant oriundi ꝛc.

¶Epitome capitis.clix.

¶Memini verbũ pro recordor regit genitiuum vel accuſatiuũ:ſignificãs autem mẽtionem facere: genitiuũ vel ablatiuũ mediante

Valla in antoniũ Rau de prepoſitione:a qua ſignificatione videtur deſeꝛ ita deriuari mentũ:mens: mẽtior ꝛ forte menta.

de hoc ꝛ bo dicit. ¶Lubet impreſentiarꝫ ſimul Agretio ſimul iſis quos in eius verba iuraſſe crediderit pa-

At enim lam reluctari. Sũt ſane mortaliũ pleriq̃ ani

memini mi vſq̃ adeo infracti: vt nunq̃ velint ab ea

ꝓterituꝫ perſuaſione deficere: que ſuis mẽtibus pau-

lo alti⁹ inſederit. Ceterũ (ni mea me fallit opi nio) ſcriptorũ ꝛ valde multorũ ꝛ noſis in re li- teraria primarij fretus autoꝛitate:cõmittã vt in poſterũ nemini futurũ ſit ambiguũ: haud eas eo ĩ ab re Agretiũ hui⁹ preceptionis noie ab eru ditionis nõ pletarie viris male audire. Neq̃ q̃ vero ſum adeo rerũ ignarus vt neſciã q̃ dicturi ad inuectiuã in Raudẽſem poti⁹ ſpe- ctare. Dicam nihilominus que ab inſtituto noſtro non perinde diuerſa ſpectauero. Me- mini (inquiũt iſti) preteriti tẽporis infinitiuũ poſ- refugit:ne duo preterita cõiũgas. Atqui Ver gi.in Geoꝛ.ita ait. Nãq̃ ſub Oebalie memi- ni me turrib⁹ altis Coryciũ vidiſſe ſenẽ. Per- ſius. Nec ĩ bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo Me- mini. Sta. Thebaid.iij. Meq̃ ipſum (memi- ni nedũ apta doloꝛibus etas.) Fleſſe tñ:gemi tuq̃ meos equaſſe parẽtes. Ouid. li.ij.de ar te. Me memini fratrũ dñe turbaſſe capillos. Ꝛbo me Symmachus apud Macrob.li.ij.Satur.ca. vij. Hos Platonis verſiculos legiſſe me me- mini. Ibidẽ. Rñdiſſe meminerat Julius Fir micus.c.pe.fue Matheſeos. Nos frequẽtiſſi me dixiſſe meminiſti. Gel.li.xiij.c.xxviij. Pre terea memini quadrigenariũ ĩ vndeuiceſimo facie p factura totiuſq̃ coꝛporis figura dixiſ- ſe. Hoc. pſa vlr.li.iij. Memini inq̃ me inſci- tiã meã fuiſſe cõfeſſum. Pli.lib.epiaꝝ.j. Me mini q̃dẽ te iã q̃dã adnotaſſe. Idẽ lib.ij.epla- a fine ſeptima. Ita certe ex Quintiliano pre- ceptoꝛe meo audiuiſſe/memini. Idẽ epiſtola penul.tertij libri. Meminiſti ne te ſepe legiſ- ſe quãtas cõtẽtiones excitarit lex tabellaria? Sueto.in Domitiano. Interfuiſſe me adule- ſcẽtulũ memini: quũ a pcuratoꝛe frequẽtiſſi- moq̃ concilio inſpicere nonagenarius ſener an circũſect⁹ eſſet. Quin.li.ix.inſti.in.c. de cõ poſitiõe. Ut memini quẽdã nõ ignobilẽ poe- tã ita luſiſſe. Aſtra tq̃ celũ: mare claſſes: area Iulianuq̃ meſſem. Idẽ li.x.in.c.de mõ ſcribẽdi. Me mini quod ab Ni narraſſe mihi Celiũ ſcõm. Lic.in oꝛone p hac re- L. Corne. Balbo. Quod q̃dẽ nup in colũna gula rau enea meminim⁹ poſt roſtra icẽſum ꝛ ꝓſcriptũ dẽſis ex- fuiſſe. Idẽ p Publio ſertio. In qua ciuitate cepit. memintiſſeq̃ patrẽ hui⁹. M. Craſſi fortiſſimũ virũ ne videret victoꝛẽ vnius inimicũ eadẽ ſibi manu vitã exhauſiſſe:que mortẽ ſepe ho- ſtibus obtuliſſet. Ibidẽ. Meminerã iudices diuinũ illũ virũ atq̃ ex hiſdẽ quibus nos ra- dicibus natũ: ad ſalutẽ imperij huius Catũ Martiũ in ſumma ſenectute quũ prope vim iuſtoꝛũ armoꝛũ profugiſſet primo ſenile coꝛ- pus paludib⁹ occultaſſe demerſum: deinde ad infimoꝛũ ac tenuiſſimoꝛũ hoim Mintur- nis miſericoꝛdiã cõfugiſſe:inde nauigio per- paruo quũ ois port⁹ terraſq̃ fugeret in oras Aphꝛice deſertiſſimas perueniſſe. Idẽ Tul- lius pro Sextio Roſcio Amerino. Memini ſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam. Idẽ p Nã- fius lege agraria:q̃uis nõ eodẽ vraĺ verbo. Hec ille cãtã- Luciliũ Philippũ ſepe in ſenatu cõfirmaſſe do memoꝛia teneo. Idẽ actione tertia in Catili rũ memi nã. Fuiſſe meminiſtis:et actio.tertia ĩ Verrẽ. ni dere

soles ma gis licen tiã poeti cã ostendit: qua ego non vtererdũ tarat in ꝑsa: dicerẽ em sic. Memini me puerꝝ ꝺidisse seu cõde re solituꝝ esse dies cãtãdo. Memini ꝓ recoꝛdoꝛ ꝗs casus postulat. Memini ꝑ eo qꝺ est mẽtionẽ facio. Mẽtio. Meno. Mens. Mentũ. Mẽtioꝛ. Menta.

Memini me nõ sumpsisse quẽ accusarẽ: sed recepisse quẽ defenderẽ. Idem in.iiij. Academia Memini Antiochũ sententia destitisse. et in primo de legibus. Memini summos fuisse in ciuitate nostra viros. Viderit itaqꝫ Agretiꝰ qꝫ recte hac de re preceperit: ego nimirum ei non accessero.

¶ De Memini. Cap.clix.

Memini pro recoꝛdoꝛ: tum genitiuũ: tũ actm̃ postulat. vt Teren. Faciã vt meiqꝫ & huius diei ac loci semp memineris. Cice. Omnia q̃ curant senes meminerũt vadimonia cõstituta: q̃ sibi cui ipse debeãt. Quid iurisconsulti/quid pontifices/quid augures/quid philosophi senes qꝫ multa meminerũt? Idẽ verbũ ꝑ eo qꝺ est mentionẽ facio recusat actm̃: postulatqꝫ genitiuum/vel ablatiuũ cum prepositione de. vt Quinti. Neqꝫ oĩno huius rei meminit poeta ipse. Et iterũ. De quibus multi meminerũt. Hinc videt deriuari mẽtio: quasi a meno presenti & geminato preterito memini. Unde supinum mentũ/ex quo mẽtio & mens/que oĩm recoꝛdat: & mentũ: quia in mentione faciẽda/hoc est in loquẽdo ꝑcipue mẽto vtimur. Nullum em̃ aial mouet partẽ oꝛis superioꝛẽ/nisi Crocodilus: sed oĩa inferioꝛẽ/sicut & nos mẽtum. Hinc etiã mentioꝛ: quia cõtra mentẽ loquoꝛ. Forte & hinc venit mẽta: sed nolo eius etymologiam aliquam afferre: ne cui forte videar argutulus.

¶ Epitome capitis.clx.

¶ Alter de duobꝰ est vnus: alius de multis. Alter etiã accipit ꝑ scõo siue ex duobus: siue ex pluribꝰ. Aliqñ etiã ꝑ ipsis duobꝰ. ¶ Addit discrimẽ inter tertiũ consul/& ter: aut tertio: de quo Au.gel.lib.x. dicit sic. Familiari meo cuipiã lr̃as Athenis Romã misi: in qbꝰ a me iã tertiũ cõsul scriptũ fuit. Is aũt ad me rescripsit/petiuitqꝫ vt rationẽ dicerẽ: cur tertium ac nõ tertio scripsissem. Id etiã adscripsit: vt qꝺ sup illo quoqꝫ mihi videret: se facerẽ certioꝛẽ tertiũ ne cõsul/& quartũ: an tertio & quarto dicendũ esset: quũ Rome doctũ virũ dicere audisset tertio & quarto cõsul: nõ tertiũ: quartũqꝫ: idqꝫ in principio libri Celsum scripsisse. et Quadrigariũ Claudiũ in libro vndeuigesimo. Marĩũ creatum septimo cõsulẽ dixisse. Ad hec ergo rescripsi nihil amplius qꝫ verba Marci Varronis hois (vt opinoꝛ) quã fuit Claudiꝰ cũ Celio doctioꝛis: in quibꝰ verbis vtrũqꝫ de quo ad me scripserat decideret. Nã et Varro satis apte quod dici oporteret/edocuit. Et ego aduersus eũ qui doctꝰ dicebat: litẽ meã facere absens nolui. Uerba Marci Varronis in lib. disciplinarũ v. hec sunt. Aliud est quarto pretoꝛem fieri: et aliud est quartũ. Quarto qꝺ tẽpus assignificat: & ter ante factũ. quartũ autẽ locũ assignificat: & tres ante factos. Igit Ennius recte scripsit. Quintus pater quartũ fit cõsul. Et Põpeius timidus: q̃ in theatro ne scriberet consul tertiũ an tertio; extremas lr̃as nõ scripsit;

Tertio & tertiũ cõsul.

qꝺ de Põpeio Varro breuiter & subobscure dicit. Tiro Tullij Cice. libertꝰ in epla quadã enarratiꝰ scripsit ad hunc ferme modũ. Quũ Põpeius (inquit) edẽ Victorie dedicaturus foꝛet. cuiꝰ gradus vice theatri essent: nomẽqꝫ eiꝰ & honoꝛes inscriberenť: q̃ri ceptũ est: vtrũ cõsul tertio inscribẽdũ esset/an tertiũ. Eã rẽ Põpeiꝰ exq̃sitissime retulit ad doctissimos ciuitatis. Quũqꝫ dissentiret: et pars tertio: alij tertiũ scribẽdũ cõtẽderẽt: rogauit Cic. Pompeius: vt qꝺ ei rectius videret scribi iuberet. Tũqꝫ Ciceronẽ (inquit) iudicare de viris doctis veritũ esse: ne quoꝝ opinionẽ improbasset ipsos videret improbare. Persuasit igitur Põpeio Cic. vt neqꝫ tertio neqꝫ tertiũ scriberet: sed ad scõm vsqꝫ. t. fierẽt litere vcꝫ ter: vt verbo nõ prescripto res q̃dẽ demõstraret: sed dictio tm̃ ambigua verbi lateret. In Marci tũ Catonis lib.iiij. originũ ita perscriptũ est Carthaginẽses sextũ de fedĕre decernere: id verbum significat quinquies ante eos fecisse contra fedus: nunc sextum.

¶ De differẽtia inter alter & aliꝰ. Cap.clx.

Alter de duobꝰ dici: aliꝰ de multis: notũ est oibꝰ: licet nõ oẽs rectevtantur. Macro. de saturnalibus. Quũ igit asseruerimꝰ quatuoꝛ in coꝛpoꝛe fieri digestiones: quaꝝ altera pẽdet ex altera dicẽdũ erat: quarũ alia pẽdet ex alia. Idẽ in alio opere de naturalibꝰ. Ille vero insolubiles causę sunt: q̃ mutuis inuicẽ nexibꝰ vinciũtur: & alteram altera facit: ac vicissim de se nascunť: nunqꝫ naturalis societatis amplexibꝰ separanť. Hã Oui. de nouẽ picarũ trãsformatione loquens: qꝫqꝫ eũ excusare metri necessitas põt: tm̃ q̃ singule singulas/ac certe certas intuerenť: intellexit: quũ inqt. Alteraqꝫ alterius rigido cõcrescere roꝛtro Draꝛvidet. Sueto. de vita Caij. Nec cessauit ex eo alterum alter criminari: atqꝫ inter se oẽs cõmittere. Ne scio an sic accipiẽdũ sit vnũ vni: & rursus hũc illi. Pli. quoqꝫ li. xj. inqt de formicis. Quã ex diuerso cõuehũt: altera alteriꝰ ignara. Quare dicamꝰ aliqñ sic loq̃ esse pmissum. Ediuerso nõnunqꝫ de duobꝰ dicimꝰ aliꝰ & alius: nec dicere aliter possumꝰ: vt dubitatur vter excellat Sall. an Liuiꝰ: & aliꝰ aliũ ꝓponit: nõ aũt alter alterũ. Ratio postulabat: vt diceremꝰ aliꝰ alterũ. Nã alius ad plurimos refertur: qui de duoꝝ duobus iudicãt: alter ad vnũ de duobus: de quibꝰ iudicať. Sed q̃ videbať inuenustũ sic loqui: maluerunt mutare alterũ in aliũ. Afferamus exẽplũ Sallustij in Catil. de Cesare & Catone loquẽs inquit: Genꝰ: etas: eloquentia prope paria fuere: magnitudo quoqꝫ animi et gloria: sed alius alij. Uel est ea ratio quã dixi: vel hec/quod idem est alia alij: quod diuersa diuerso: vt alia est facies mea: alia est facies tua: id est diuersa. Proprie igit alter refertur ad vnum de duobus: vt Hannibal in transitu Apẽnini amisit alterũ oculũ: siue ad vnã duarũ partiũ: quod superius etiam significauit: vbi hoc Ciceronis exemplo vsus sum.

Alter de duobꝰ.

Aliꝰ de plurib⁹.

Macrobiũ refellit valla.

Alter ꝑ scõo.

Alter ꝑ duobꝰ.

Aliꝰ aliũ.

Alij vnꝰ alterũ.

Iterum consul.

Duplices ſimilitudines eſſe debēt: vne rerū: altere ꝓborū. ⁊ quale eſt Vergi. exēplū. Aut rea mala decē miſi: creas altera mittā. Aliqñ accipit alter ꝓ ſcdo ex duob⁹ pluribuſve: vt vn⁹ alter: tertiꝰ: quartꝰ: vne: altere: tertie: quar te lſe. Et hic eſt alter annꝰ belli punici. Ego altero mēſe repudiaui vxorē. i. ſecūdus annꝰ ab origine belli punici: ⁊ ſcdo mēſe a ductione vxoris. Aliqñ ꝓ ipſis duob⁹: vt vn⁹ aut alter id eſt vt vn⁹ aut duo: vn⁹ ⁊ alter. i. vnus et duo: quod etiā in aduerbijs reſpōdet ſemel: aut iterū. i. ſemel aut bis. Ite ſemel ⁊ iterum. Cice. in Bru ſemel. ⁊ iterum in Philippicis. Dubitari pōt tñ quū dicit iterū cōſul: an ſecunda vice: an bis cōſul intelligat: q̄ dubitatio in ceteris nō erit. Tertiū em̄ cōſul ⁊ q̄rtū cōſul ſic differt ab illo ter cōſul ⁊ quater cōſul: q̄ in altero ſignificat tertia et q̄rta vice: in altero trib⁹ ⁊ q̄tuor vicib⁹. Aliq̄ tñ dubitarēt: an in hāc ſignificationē vice ⁊ vices reperiat.

& Alter interdū ponit ꝓ alio. Pli. Tabulas plures pinxit e q̄b⁹ vnā in foro: alterā in comitijsduas in Pom peij portic⁹ videmus.

¶ Epitome capitis. clxj.

¶ Quiſq̄: vnuſquiſq̄: vterq̄ ſolēt poni elegāter in oratione poſt ſuus vel ſe ſed ante ſubſtantiuū ipſius ſuus ita vt diſcrepent cū adiectiuo ſequēti expreſſo: ſed cōcordēt cū ſubaudito: in qua re ſeruandus eſt aptus ſitus.

Quiſq̄ poſt ſu⁹. & Uterq̄ elegāter ſuo pnomini in oratione poſtponitur.

¶ Nā vt textus declarat: apte dixeris ſingulariter: dū vterq̄ aut quiſq̄ aut vnuſquiſq̄ ponit inter ſuū ⁊ eius ſubſtantiuū: etiā ſi ſequatur adiectiuū plurale: vt in ſuū priſtinū: vnaquaeq̄ nidū immigrātes: ſed inepte ſi etiā ſubſtātiuū precesſerit: vt in ſuū priſtinū nidū vnaquaeq̄ immigrātes: deberet enim ſic dici imigrās. Cauſa differētie eſt q̄ dū ea clauſula īteriecta ſic ponit: videt adiectiuū plurale ſequēs ad precedēs ſubſtātiuū plurale referri: licet q̄ñ preponit: videt ipſa eſſe ad quā debeat adiectiuū principaliter reſpicere. Sicut dū dico. Quē audiſtis ſermonē nō eſt meus. Sermonē videt regi ab audiſtis. Sed dū ſic ſermonē quē audiſtis: nō eſt me⁹ a verbo eſt: itaq̄ prior dicit latine: nō ſecunda.

Pleriq̄.

¶ De quiſq̄ et vterq̄ cū verbo aut participio. Cap̄. clxj.

Hirūdines vere ineūte redeūt in ſuū priſtinū vnaquaeq̄ nidū immigrantes. Muta illud vnaquaeq̄ ſic: in ſuū priſtinū nidū vnaquaeq̄ imigrātes: aut ſic: vnaquaeq̄ in priſtinū nidū immigrantes: iā nō erit latinū. Ite offendi parētes ſuo vtrūq̄ morbo affectos: trāſfer illud vtrūq̄: vt modo oſtēdi iā nō erit elegās. Nā ſi ita mutemus: ille pluralis numer⁹ immigrātes ⁊ affectos referetur ad illū ſingularem vnaquaeq̄ ⁊ vtrūq̄: qđ fieri nō pōt. At illo modo ſupiore ſec⁹: refert em̄ plalis numer⁹ ad plale. ſic. Hirūdines vere ī eūte redeūt imigrātes i nidos priſtinos: vnaquaeq̄ in ſuū ſupple immigrās. Offendi parētes morbis affectos: vtrūq̄ ſuo ſupple affectū morbo. Vergi. in. xij. Dant ſonitū ſpumoſi annes: ⁊ i eq̄ra currūt. Quiſq̄ ſuū populat⁹ iter. Et paulopoſt. Pro ſe q̄ſq̄ viri ſumma nitunt opū vi. In prioꝛe exēplo ſi verſus pateret: nō decuiſſet dicere quiſq̄ ſuū iter populatus: ſed populati. Nec in poſteriore. Pro ſe quiſq̄ viri ſumma nitunt opū vi. Sec⁹ aūt ſolet fieri: vbi abeſt ſuus aut ſe: vt Quintilianus. Cōmēdo tibi ſenē: quē fecimus vterq̄ mendicū. Nec recte dicas: cōmēdo tibi ſenē: quē nos filij alleuare debemus eū vterq̄ mendicū facientes: vel ſic: quē nos vterq̄ captiui mendicū fecimus. Niſi more poetico: vt apud Ouidiū. Utraq̄ formoſe me iudice ſunt venerāde. Et apud Horatiū. Legati magnis miſſi de reb⁹ vterq̄. qđ apud oratores nō reperit. Sicut nec illud quidē: lz Aulus Gellius vtatur: quale apud Terentium. Quod pleriq̄ omnes faciunt adoleſcētuli: quod quidam exponunt pro eo quod eſt pleriq̄ omnium: quidā pro eo quod eſt oēs

¶ Epitome capitis. clxij.

¶ Elegantius poſt huiuſmodi particulam homo illiteratus eſt. ſubditur: ſed cui: q̄ cui tamen: ⁊ ita in alijs caſibus.

¶ De tñ ⁊ ſed cū relatiuo. Cap̄. clxij.

Cui tū. Sed cui.

Homo illiteratus eſt: cui tamen paucos in rerū agendarum ſciētia anteponas: latinum eſt. Homo illiteratus eſt: ſed cui paucos in rerū agendarū ſciētia anteponas: etiā elegans eſt. Ite in negatione: hō quidē illiterat⁹ eſt: quē tñ nō poſtponas multis: latinū eſt: vt dixi: elegās etiam ſic homo quidem illiteratus: ſed quem multis nō poſtponas. ideo dixi elegans: quia ſubintelligitur talis quod in alio non fit / vt ſic homo illiteratus: ſed talis quem ⁊c. vel ſed is pro talis: ideoq̄ ⁊ hoc eleganter dicetur: homo illiteratus non tamē quem multis poſtponas id eſt nō tamē is quem multis poſtponas: aliquando non ſubintelligitur talis: neq̄ is: vt hic ager eſt meus: ſed cuius vſu careo.

¶ Epitome capitis. clxiij.

¶ Multifariam ⁊ non inepte dixeris: video te amatorem ſtudiorum: quod vel que res vel id quod me iuuat.

¶ De id quod cum alio antecedente. Cap̄. clxiij.

Quod. Que res Id qđ.

Video te amatorem ſtudiorū qđ me maxime iuuat: vel que res me maxime iuuat: vel id quod me maxime iuuat: vel amatores ſtudiorum. Item video te: quod me maxime iuuat: vel que res me maxime iuuat vel id quod me maxime iuuat: amatorem ſtudiorum: que exempla ſibi quiſq̄ conquirat.

¶ Epitome capitis. clxiiij.

¶ Aliquis: quiſq̄: quiſpiam: vllus de incerto tam loquenti q̄ audienti dicuntur: vllus tamen vir aliter q̄ cum vir: aut negatione / aut interrogatione ponitur. Sed quidam dicitur de certo et noto loquenti. ¶ Unde non dicam: quidam neſcio quis ſit: id fecit: ſed aliquis.

¶ De aliquis quiſq̄: quiſpiam ⁊ vllus. Cap̄. clxiiij.

Alij ſet q̄ſq̄ differunt.

Aliquis:quiſq̄:quiſpiam: vllus:idē ſignificant: differuntq̄ a quidā: vt in alio opere qđ de dialectica prepediem edemus oſtendetur. Vllus tñ quodāmō claudicat:nec fere citra negationem: quaſi citra baculum ingredi poteſt niſi interrogatiue:vt vocat me vllus:aut ſubiunctiue: vt ſi vllus me vocat:nūq̄ plane affirmatiue:ſicut illa ſuperiora.

Vll⁹ tribus modis oratione ſo let ingredi.

¶ Epitome capitis.clxv.

¶ Quoties vtriuſq̄ verbi:quorū alterū cū ſuppoſito ſolet reſolui in ablatiuos in deſignatione ſequele poſitos: eſt vnū ſuppoſitū: elegantius pro ablatiuis vtimur nominatiuo participiali. ¶ Vt elegantius dico:occupatus in republica tibi vacare non potui: q̄ me occupato: et exiſtens Rome mira vidi: q̄ me exiſtente ꝛc. Illud autem Hora. ego ad participiū acti referrē. Preponitur enim laudator temporis acti ſe puero:ne ſic eſt contra hanc elegantiam.

¶ De eadē ꝑſona tanq̄ alia. Cap̄.clxv.

ME occupato in adminiſtratione magiſtratus nullum tēpus ſeponere ad ſtudendū poterā: vel me occupato in adminiſtratione magiſtratus nullū tēpus mihi reliquū erat:rariſſime latini ſic locuti ſunt. Greci frequenter. Sed hoc modo potius. Occupatus in adminiſtratione magiſtratus nullum tēpus ſeponere ad ſtudia poterā:vel occupato in adminiſtratione magiſtratus nullum mihi tēpus ad ſtudia reliquū erat. Dixi rariſſime:nō tamen nunq̄. Nam quidam ſic locuti ſunt:vt Horati⁹ de arte poetica. Laudator tēporis acti ſe puero cenſor caſtigatorq̄ minorū. Quintus Tullius ad Tyronē. Nō potes effugere huius culpe penam te patrono. Marcus eſt adhibendus pro ipſo patrono. Simile quiddā ſapit per:quale eſt apud Marcum Tullium. Quum et per meipſum egiſſem: et per Druſum ſepe tētaſſem. Illud enim per ſignificare ſolet medium quendam aliumq̄ interceſſorem. Nunc vero q̄s queat medius eſſe inter ſe et alimu:et tamen ſic vulgo loq̄mur:per meipſum rogaui:per teipſum obtinuiſti.

Ter. Juno lucina fert opem ſeruame ob ſecro.

¶ Epitome capitis. clxvj.

¶ Auxilium do et fero dicimus:et opem fero vnde opitulor:opem do non dicimus.

Terē. ꝓbo opitulor vtiſ cū dicit. ſi opitulor eius minas.

¶ Quod dicatur auxilium do: feroq̄ nō autē opem do. Cap̄. clxvj.

Auxilium do feroq̄ dicimus: opē do non dicimus ſed fero. Unde opitulor:quod Tullianū ꝓbū eſſe Seneca autor eſt:quo tñ et Salluſtius vtitur:et Plautus et alij nonnulli.

Auxiliū do et fero

Opem fero non

do.

¶ Epitome capitis.clxvij.

Opitulor.

¶ Audiui aut accepi:a:ex:et de patre dicim⁹. De via autem ſignificat etiam quaſi de itinere.

A/ex/de ne/ſeu de itinere.

¶ De a:ex:et de cū aliis. Cap̄.clxvij.

AUdiui a patre meo:et audiui ex patre meo:et audiui de patre meo idem ſignificare inueniet qui bonos libros euoluet. Lice. tamen precipue ſic locutus eſt. Similiter apud eundē. Queſiui te ab oſtio:ex oſtio: de oſtio. vocaui te a via:ex via:de via:ſed hoc vltimum apud eundem in altum quoq̄ ſenſum accipitur: vt in Philippicis. Quumq̄ de via languerem. et mihimet diſplicerē. Et de republica. Et qđ de via feſſus eſſem: et q̄ ad multam noctem vigilaſſem. Et de Academicis. In Lumano nuper quum mecum Atticus noſter eſſet nūtiatū eſt nobis a. M. Varrone veniſſe eum Roma pridie veſperi:et niſi de via feſſus eſſet: continuo ad nos venturum fuiſſe:quaſi de labore vie. Hic enim via ſignificat iter:hoc eſt actionem ambulādi:illic locum quo ambulamus.

Vla:

¶ Epitome capitis.clxviij.

¶ Solus et vnus more ſuperlatiuorū conſtruūtur cum genitiuo multitudinis:aut accuſatiuo/vel ablatiuo mediante prepoſitione:quod reliquis adiectiuis nō cōpetit.

Solus. Unus.

¶ Solus et vnus. Cap̄.clxviij.

INter omnia adiectiua que nō ſunt ſuperlatiua: duo fere hec ſolus et vnus more ſuperlatiuorum regunt genitiuum. vt ſolus omnium nō remittit ſibi: vt incredibilior ſit in paricidio: cecus q̄ fuit/quū videret. hec Quinti. et Pli nius. Acipenſer vnus omnium ſquāmis aſperos verſis contra aquas natando meat. Similiter ablatiuum cum prepoſitione Nam vt dicimus maximus ex omnibus et inter oēs maximus:ita vnus et ſolus ex omnibus:vel inter omnes. Uerum vnus pro ſolus accipio: ideoq̄ fere cum illo adiectiuo omnis tantūmodo cōiungitur. Nā vnus ex fortib⁹: vnus ex populo: alterius ſignificationis eſt. Cum ſubſtantiuo quoq̄ coniungitur: vt idē Plinius. Caluitium vni tantū animalū hominī:ſed quaſi ſubintelligitur omnium.

Acipenſer.

¶ Epitome capitis.clxix.

¶ Animaduerto te.i. animo cōplector/aut cōſydero:animaduerto in te.i. rite et ordine prcedendo te punio:differūt ergo quū intueor te et in te nō differant. Animaduerto tibi: ideſt puto.

¶ De animaduerto. Cap̄.clxix.

ANimaduerto te:animaduerto in te differūt:quū intueor te:et intueor in te non differant. Animaduerto in te eſt punio te:ſed cū hac differentia: quod punire eſt quorūcūq̄ ſiue iure:ſiue iniuria. Animaduertere eſt eius qui in alterum habet poteſtatem ordine ac rite.i.cum animaduerſione puniendi. Sed hoc propriefertur ad perſonas. Animaduerto ꝓ intueor et perſonam et rem dicimus.

Animaduerto te. Animaduerto in te.

¶ Epitome capitis clxx.

¶ Quedam vocabula ſunt notiora oratoribus:vt filius: pater: homo q̄ natus: geni-

trix:vir: q̄ poetis notiora sunt. Inter vtrosq; autem ambulat historiographus: ab vtroq; accipiens. ¶Unde sciem⁹ suū esse cuiq; stylum: suaq; verba. Nam caballus in oratione raro ponit: in carmine non raro. Quod in ceteris quoq; annotandum est.

Filiꝰ: pater: matr: hō: uatꝰ: genitor: genitrix patres: vir.

¶Filius:natus: pater:genitor:mater: genitrix:parens. Cap̄.clxx.

ORatores sepius dicunt filius q̄z natus:pater q̄z genitor: mater q̄z genitrix: parens pro vtroq;: etiā sepe homo potius q̄z vir:quoties ita accipitur ille de quo agimus: aut loquimur: quale est hoc. Illi deduxerūt hominem in palestrā. Poete potius econtrario. Historici mediam quādam viā tenēt:vt Sallu. Eos mores atq; eam industriam viri cognoui.

¶Epitome capitis.clxxi.

¶Imprimis est inter primos:primas:aut prima iurta exigentiā substantiui subauditi: q̄d si nullū est:refert ad neutrū genꝰ: sicut et alia adiectiua absolute posita. ¶Neq; magis cēsebitur vna dictio q̄z inter primos.

¶De imprimis. Cap̄.clxxi.

IMprimis potens: si de masculo loquaris:intelligit inter primos: si de femina: iter primas:si de neutro: inter prima. Nam idē pollet in primis quod inter primos: vel inter primas / vel inter prima. At si defuerit adiectiuū: vtiq; accipiet in neutro:quale est illud Uerg. Imprimis venerare deos. Nisi sit tale:quale apud eūdem. Imprimis regina quietū. Accipit i Teucros animū mētēq; benignā. Imprimis non inter primas / aut ante prima accipiendum est: sed inter primos. Una enim inter mares femina nominatur / sine feminis alijs: aut inter primos / ꝛ inter primas.

Imprimis.

Uergilius

¶Epitome capitis.clxxii.

¶Hic nō est cū illo cōparādus / melior de minore ad maiorē dicit: vt Uer.cū Home. Causa est: quia defectus (vt dicunt) est in minore qui nō accedit ad quantitatē maioris / vt illi censeatur comparandus.

Nō comparād⁹.

¶Hic nō est cū illo cōparandus. Cap̄.clxxii.

HIc non est cū illo comparandus melius de minore ad maiorem dicitur: vt Uer. cum Home. Hora. cum Pindaro nō est comparandus: q̄z ediuerso sic. Home. cum Uergi. Pindarus cum Hora.non est comparandus; ediuerso tamē nonnunq̄z reperitur.

¶Epitome capitis. clxxiii.

Intercedo.

¶Intercedit amicitia.i. conciliat:intercedit vir.i.mediū se ad conciliationē ponit.

¶Intercedo. Cap̄.clxxiii.

Intercedo modo significat interuenio cōciliandigratia Apuleiꝰ

INtercedit mihi tecū amicitia: intercedit tibi cū illo affinitas, Intercedit tibi mecum necessitudo: hoc est amicitia: affinitas:necessitudo inter nos est media quedā que nos cōciliat. Tribuni intercesserunt. Cepio intercessit, Cato intercessit:hoc est in mediū se verbis aut vi opposuit.

Duz pro iope / ac calimito so intercederez / mō verbis et in medium me oppono / vt tribuni intercesserunt.

¶Epitome capitis.clxxiiii.

¶Amamus inter nos: pueri inter se amant: plena est locutio:neq; ponēdus secūdus accusatiuus:qualis esset:nos inter nos;se inter se. Bene habet etiam sine supposito poni solet.

¶Amare inuicem:mituo:pariter;ꝛ inter se. Cap̄.clxxiiii.

AMamus nos inuicem: amatis vos mutuo: amant se pariter. Quū vero adhibemus prepositionē inter: tollimus accusatiuum: qui regitur a verbo:ne turpe foret si replicaret:sic amamꝰ inter nos:nō aūt amamꝰ nos iter nos:amatis inter vos:amāt inter se:non autē amatis vos inter vos:amāt se inter se. Cicero ad fratrē. Pueri valde inter se amāt. Et de amicitia. Neq; solū inter se diligēt ꝛ colēt; sed etiā inter se verebūtur. Teren.in adel. Uideo eos sapere:intelligere: in loco vereri:inter se amare. Idem ꝛ ingere: in loco vereri:inter se amare. Idem ꝛ in eadem. Quasi non norimus inter nos. Bene habeo:bñ habes.i.bñ valeo bñvales. In tertia autē persona etiā sine supposito bñ habet i.bene res se habet: quod exemplum vbiq; frequens est.

Amamꝰ iter nos.

¶Epitome capitis.clxxv.

¶Facio te certiorem non ago certiorem:ꝛ raro certum nisi metri causa dicimus. Dicimus tamen facio rem gratam:ꝛ gratum: ludos:rē diuinam. Preterea feci iacturam: damnum; naufragium / frequentius q̄z passus sum: feci fugam.i.fugi:feci timorem:dum alter timuit / feci iter:non egi iter.i.iui. Feci viam.i. strauī; feci copiam ꝛ potestatem rerum mearum: nō dedi. Feci lucrū.potius q̄z acquisiui. Urinam feci.i.minxi: oletum feci:non emisi.i. euacuaui aluum. Fregi quoq; nauē:pro fracta est mihi nauis dicimus. Item accepi iniuriam:potius q̄z passus sum:ꝛ ita in aliis.

facio cū diuersis

¶De facio:ago:frāgo ꝛ accipio. Cap̄.clxxv.

FAcio te certiorem: nō certum. Nam Uergi. Anchisen facio certum ideo dixit: quod syllaba breuis inter longas non potest collocari in versu heroico: pſa aūt oratiōe scribētes semper certiorē dixerūt:ꝛ semper facio:nunq̄z ago certiorē. Facio tibi gratum: nunq̄z ago tibi gratum. Facio ludos: facio rem diuinam: facio sacrificium: facio solemnitatem: nunq̄z ago: et in multis huiusmodi. Item feci iacturam: feci damnum: feci naufragium. Uix vnq̄z passus sum iacturam: damnum: naufragium. Cice. Magna in repub.facta iactura est. Idē. Damnum enim illius immaturo interitu res Romane latineq; litere fecerunt. Quintilia. In portu naufragium fecimꝰ. Et in ceteris quibusdam. Feci tamen fugam: quod ego fugi alterum:non quod alter me: feci timorem: nō quod ego timui alterum: sed quod alter me. Item feci iter: nunq̄z egi iter. Aliquādo etiā autē accepi viam / feci copiam tibi rerum mearum: q̄si nunq̄z egi aut dedi: aut prestiti copiam. Feci potestatem tibi vendendi res meas dome-

& Frango. Feci lucrum, nō crū dicimus nō

sticas: nō aūt dedi. Feci lucrū: nō aūt acquisiui lucrū. Honore dicto vinā fecit: sterc⁹ fecit: nō aūt emisit. Simile huic est qđ dicim⁹ fregit nauim: fregit brachiū quasi ipse fregerit: id est ipse egerit. ⁊ nō poti⁹ passus sit. Terē. Is fregit nauim apud Andrū. Cice. Gregales ꝙ eū quū nō venisset in cāpū requirēt: excusauit Uespa Terenti⁹ / ꝙ eū brachiū fregisse diceret. alius dixisset: ꝙ ei brachium fractum esset. Itē etiā accepi molestiam: cladem contumeliāue. Accepi vulnus: accepi iniuriam: accepi dedecus: ignominiamue. Uir autē passus sum. De quo verbo commodius alio loco dicam. Accepi etiā voluptatem: gaudium: letitiam.

¶ Epitome capitis. clxxvj.

Quis et is cū obliquis.

¶ Qua pietate: cuius pietatis: que pietas elegāter quasi per parentheſim inſerit: sicut ea pietate ei⁹ pietatis: ea pietas: pro tāta pietate: tāte pietatis: aut tāta pietas ⁊c.

¶ De parēthesi per quis ⁊ is. Cap̄. clxxvj.

Si potuisset redimere oculos matris (q̄ pietate fuit) vicarios suos dedisset: id est tāta pietate in matrem fuit. Idem Quinti. Hoc si scisses pater affirmo: ꝑmitto (cuius pietatis es) nemo te anteceſſisset. Et alibi. Que tua pietas est. Trib⁹ em̄ modis vtimur per relatiuum: totidemq̄ per pronomē is. Primo modo sic: ea pietas tua est. Secundo sic: ei⁹ pietatis es: sed hoc rarius. Tertio sic: ea pietate es: ea ꝑ tāta acccipit. Ideoq̄ ⁊ ipso tāta vti licet eo mō quo ⁊ pronomine: habet autē aliquid plus talis oratio: q̄ si dicas pro tua pietate.

¶ Epitome capitis. clxxvij.

Uenire i opinionem.

¶ Uenire in opinionem significat cū habere: tum facere opinionez. Existimatio quoq̄ ⁊ actiue ⁊ passiue accipitur. Sed venire in suspitionem obliuionē ⁊ vituperationē semper passiue sicut vtplurimum offensio accipitur: nā offensa actiue dicim⁹. Uectatio quoq̄ fere passiue accipitur: sicut et vector poti⁹ pro eo qui vehitur: q̄ qui vehit. Cetera autē verbalia in io a supinis actiuorū deducta cōmuniter significant. ¶ Uector ergo cōmuniter significat: sicut ⁊ ea que his versiculis cōtinētur. Hospes: zelotypus cōuiuaq̄: vector: alūnus. Actū siue pati sub eodē nomine signāt. Negat id de alumno autor noster: sed vt suo loco dicetur non recte.

¶ De noīb⁹ quibusdā in io. Cap̄. clxxvij.

Ueni in opinionem.

Ueni in opinionem actiue accipit: ꝙ talē opinionē habeo: aliqñ etiā passiue: quū opinio significat famā: opinio inquā que de me habeat ab aliis nō quā ego habeo de aliquo: sicut existimatio est opinio atq̄ sīnia: quū accipitur actiue: vt existimatio mea. i. ita existimo. Aliqñ passiue: vt hō magne existimatiōis. i. fame ⁊ nominis: ꝙ eū magni homines existimant: ita homo magne opinionis: vt Quinti. Quod accidisset etiā Portio latroni: qui primus clari

existimatio.

Opinio.

nois professor fuit: tradit: vt quū ei summam in scholis opinionem obtinēti: causa in foro esset oranda: impēse petierit: vti subsellia in basilicā trāsferent. Cic. Sermonib⁹ familiariū peruenimus etiā nos in opinionē. Uenio in suspitionē semper passiue: vt idē. Qđ si falso pup. Sextio venisses in suspitionē: id est in suspitionē tui: non tuā. Ueni in obliuionē semper etiā passiue: vt idē. Ut si fuerint excellētes viri: certe iā venerint in obliuionē: hoc est ꝙ ceteri de illis obliti sint: nō quod illi de alijs: aut de se. Similiter venio in vituperationē. Idē Uerrinarū. iiij. Ut propter cū in sermonē hoim atq̄ in tātā vituperationē veniret. Offensio etiā prope semp passiue accipit. Ideoq̄ idē nō Claudij offensiōes dixit: sed offensas: suas vero offensiōes: ⁊ alibi. In egro corpore odiosa est oīs offensio: id est molesta oīs passio. Uectatio quoq̄ huic simile est: cui⁹ rei causa est ꝙ vector qđ debet significare qđ vehit: vt nauis: equus: vehiculū: significat poti⁹ id qđ vehitur: qui est hō. Cice. Etiā summi gubernatores in magnis tēpestatib⁹ a minoribus vectoribus admoneri solēt. Quintilianus. Sic in nauim filij mei male permutat⁹ vector imponor. nō tñ vectorē accipias pro nauta. Hinc est ꝙ inuenim⁹ nonnunq̄ dictū nautas ⁊ vectores. Sunt em̄ vectores: qui pretio in aliena naui vehūtur: vt idē Quintilianus. Cur infrenatis equis vector insidet. Nonunq̄ pro eo quivehit: vt Seneca in Hercule insano. Tyrie per vndas vector Europa nitet. Idem in Hippolyto. Pro sua vector timidus rapina quū de eodē tauro eadēq̄ Europa loqueret. Nā cetera fere que a supinis veniūt: tā actiue q̄ passiue accipi solent: vt accusatio Marci Tullij actiue: accusatio Uerris passiue: donatio mariti actiue: donatio vero bonorū passiue ⁊c.

¶ Epitome capitis. clxxviij.

¶ Male cogitare est perniciē aut aliud malū alij machinari: quasi mala cogitare: sicut male audire infamari: quasi mala de se audire. Sed male dicere sine casu: ⁊ male cēsere: ⁊ pronūtiare: opinari: sentire: male existimare: iudicare ⁊ similia: significant male. i. indebite: ⁊ cum errore ea facere. At male dico tibi: male opto: male precor: aut male imprecor: significāt mala et ꝓnitiosa tibi dico: opto ⁊c. Similiter male de te sentio: male tu de me existimas: aut iudicas: quasi ꝑ malo dicunt vt sit terror nō agētis: sed eius in quem agit. Male c

¶ De bñ ⁊ male cū verbis. Cap̄. clxxviij. bene cū

Male iudico: male sentio: male ꝓnūtio: male opinor: male censeo: male existimo: hoc male ad meipsum refert: errorem q̄ meū declarat. Male le cogito cogito ad alterū refert: significat q̄ pernicie ad alterū errorē: vt Cice. Carthaginē diu male cogitantē nō prius vereri desinā: q̄ excisam cognouero. Male cogitantē: vez mala in alterū pernicieq̄ cogitātē: nō aūt seipsam fallen tē. Itē maledico tibi: male opto: male precor tibi: male

diuersitio: male verbis. ⁊ Male refert: errorem q̄ meū declarat. Male le cogito ad alterū refert: significat q̄ pernicie ad alterū errorē: vt Cice. Carthaginē diu male cogitantē nō prius vereri desinā: q̄ excisam cognouero. Male cogitantē: vez mala in alterū pernicieq̄ cogitātē: nō aūt seipsam fallen tē. Itē maledico tibi: male opto: male precor tibi: male

non erro rem.

Qui. nõ tibi male imprecor. His nõnihil sunt similia: tñ Eneã male de te sentio: male tu de me existimas: quãuis male de illo iudicamus nõ error hic sentiẽtis male co existimãtis: iudicãtisq; innuitur: sed vitiũ de gitet odi quo iudicamus: existimamus: sentim⁹. Magnũ le quoq; audio id est infamor crimina mea audiens: cuius cõtrariũ est maledico. Sallu. in Lice. Respõdebo tibi: vt si quã maledicendo voluptatẽ cepisti: eã male audiendo amittas. Bene quoq; maxima ex parte huic simile est: vt de te bene sentio: bene tibi precor: bene de te mereor.

Bene. ℔ Celi⁹ Et ipse facile animaduerterez male eũ de me cogitare.

¶ Epitome capitis. clxxix.

¶ Habeo te loco patris. i. ea charitate qua patrẽ: sed loco voluptatis. i. voluptuosum: et ita in cõsimilib⁹. Particula aũt in locũ expetit verbũ quale est: succedo: substituo: aut simile. Et in patrẽ etiã verbũ motus: vt reuertor: redeo: nõ esse: vnde nõ dicã / ero tibi in patrẽ: sed pater: licet Curtius in presidẽ dixerit.

¶ De loco patris ⁊ in locũ patris ⁊ similibus. Cap. clxxix.

Loco patris. ℔ Particula in locũ quale verbũ requirit. In locũ. Loco voluptatis Tu es mihi in filiuz: hẽo te in patrẽ ⁊ similes locutiones q̃ bus vtãt ecclesiastici raro reperiũtur.

Locus patris: loco fratris: loco filij te habeo: nõ ita accipitur: q̃ vbi illi antea erãt: ibi tu nũc apud me sis: sed q̃ in ea charitate qua illi aut fuerũt aut sunt: aut essent: aut esse debeant: vt Chrysis Pãphilo apud Terẽtiũ loquitur. Si te in germani fratris loco dilexi. Lice. in Verrem. In parẽtũ loco questorib⁹ suis pretores esse oportere. Illa aũt sentẽtia in locũ pot⁹ q̃s in loco / requirit tale aliq̃d verbũ / quale est apud Quintũ. Nã quo pugnã ineũtibus tot simul met⁹ laboris: doloris: postremo mortis ipsi⁹ excciderint: nisi in eorũ locum pietas ⁊ fortitudo honesti presens imago successerit: Et alibi. Nõ perdidit filiũ quisquis occidit. Explicat a dolore patrẽ: q̃d sibi videt fecisse rẽ matrimã: ⁊ in locũ iuuenis amici substituit de vanitate solatiũ. Ergo ita dicit: vbi aliud erat: aliud successit: q̃ diuersa a superiori sentẽtia est: loco voluptatis mihi est: loco honoris: loco turpitudinis. i. voluptuosum: honorificũ: turpe. Illud aũt hac in parte cõpetit: vt dicamus nõ recordari me anvsq; repererim: gen⁹ illud sermonis: quo ecclesiastici passim vtuntur. Ego habeo te i patrẽ: tu est mihi in filiũ: accipio te in fratrẽ. Dicũt em̃ veteres habeo te loco patris: tu es mihi loco filij. Accipio te loco fratris: vel habeo te p patre: tu es mihi p filio. Accipio te pro fratre: et nõnullis alijs modis. Atq; hic videt aliq̃d nõ vtiq; tale esse sed perinde esse ac si tale foret: ideoq; expositiones nostre locũ habẽt: vbi tale aliquid nõ est (vt dixi) sed p tali habet: vt in illo. Ex illa hora accepit eã discipul⁹ in suã: q̃d liceret dicere: accepit eã loco matris: vel p matre: siue p sua. Nõ autẽ ita in illo q̃d p vero accipi dz. Ego ero illi in patrẽ et ipse erit mihi in filiũ. Licuisset ergo dicere id est dixissent veteres. Ego ero illi pater: ⁊ ipse erit mihi fili⁹: sed more Grecorũ vñ hec sumpta sunt: nostris ecclesiasticis ita loq̃ placuit, idẽ veteres q̃ illo mõ locuti non sunt: sic tñ loquebant: reuertor in patrẽ: tibi redij in amicũ: sed hic verbũ est significãs motũ. Quin. Et post exitũ amici reuertor in patrẽ. Quint⁹ Curti⁹ tñ lib. v. Igit rex arci Babylonie Agaticẽ i p̃sidẽ cẽ iussit.

In pfez. Reuertor in patrem.

¶ Epitome capitis. clxxx.

¶ Nihil ad te elegãter dr̃ p eo q̃d est nihil in cõpatiõe tui: nõ tñpenit⁹ nihil: sz valde pauz. Nihil ad te.

¶ De nihil ad te ⁊ q̃d ad te. Cap. clxxx.

Addidit illud etiã: equites nõ optimos misisse credo Cesar: nihil ad tuũ equitatũ. i. nihil ad cõparationẽ tui equitat⁹. Idẽ Lic. Persiũ volo legere: hic fuit em̃ (vt noram⁹) oim fere nostrorũ doctissimus. Lucilũ decimũ volo legere: quẽ cognouistis virũ bonũ ⁊ nõ illiteratũ: sed nihil ad Persiũ. i. nihil in Persij cõparationẽ. Quale est quũ subintelligit pertinet. vt hoc q̃d ad te hoc nihil ad te: sup. ptinet vel potius parũ est: vt sit in cõparatiõe Persij parũ doctus et in cõparatione tui equitat⁹ sint parũ boni equites. Teren. Est ne Thais (vt fert) formosa: sane. Sed nihil ad nostrã hanc non plane nihil: sed parũ pot⁹ accipiẽdũ est.

¶ Epitome capitis. clxxxj.

¶ Dicet memoria teneo: non memoriter nisi Plinius sic dicit contra memoriter pronũtio ⁊ narro: nõ memoria. At complector ⁊ repeto memoria et memoriter: pro quorũ postertore nõ dicemus cordetenus: aut mẽteten⁹. Magna est ergo authoritas Pliniana: qua sola trahatur in sententiã dicendi teneo memoriter. Cuius tamen sensus erit teneo sic: vt memoriter efferre aut pronuntiare possem. Memoria quid sigt. ℔ Cordetenus ⁊ mẽtetenus barbare dictiones. Memoriter teneo.

¶ De memoria ⁊ memoriter cũ alijs verbis. Cap. clxxxj.

Memoria teneo: nõ memoriter: pnuntio memoriter: non memoria. Lice. Memoria teneo bello marsico cũ Quito Octauio. Idẽ Quin. Mutius augur Sceuola multa narrare de. L. Lelio socero suo memoriter et iucunde solebat. Cõplector tñ memoria et memoriter: repeto memoriter et memoria. Quin. Si lõgior complectẽda memoria fuerit oratio p̃derit p partes edisce re. Lic. Cõplectebat memoriter: diuidebat acute. Quin. Memoria repeto cõuictos a me: q̃ reprehẽdere erãt ausi q̃ hoc verbo pepigi vsus essem. Terẽ. An cognoscit signa: at memoriter? Aliud tñ est ille abltũs q̃s illud aduerbiũ. Memoria em̃ q̃d significat apparet. Memoriter vero est: q̃ literatores nostri imperiti dicũt cordetenus ⁊ mẽteten⁹. Apud Plinitũ tamen ad Romanũ lego. Tu facillime iudicabis: qui tã memoriter tenes: vt cum hac conferre possis si recte sic scriptũ est recte sic dici iudicabo. Memoria. Memoriter.

¶ Epitome capitis. clxxxij.

¶ Est aũt verbũ afficio lati ambitus ad oẽm affectionẽ: seu (vt dicũt) passionẽ accõmodabile: vt afficio gaudio: voluptate: tristitia: spe: metu: dolore ⁊c. Sic cõficio q̃ est quasi cõsumo: p̃fecit me sitis ⁊ inedia: sed frequẽtius in

passiuo/pfect⁹ suꝫ egritudine: siti ⁊c. Jtē pſe quor eādē vim hꝫ qꝫ afficio: vt pſequor te laude. i. laudo: vituperio. i. vitupero. ⁊ ita i silib⁹. ¶ Quidā habent hic plura capita: sed ea in quinto reperiuntur.

¶ De facio tibi iniurtiā ⁊ afficio te iniuria. Cap. clxxxij.

✠ facio ⁊ afficio cū diuersis casibus.

FAcio tibi iniurtiā: ⁊ facio tibi contumeliā. Afficio te iniuria: ⁊ afficio cōtumelia. Facio tibi molestiā nō ita libēter dixeriꝫ vt afficio te molestia.

¶ Epitome in. iiij. libri proemium.

¶ Tametsi diuus Hieronym⁹ se fatetur cesum: q Ciceronianus ⁊ nō christianus esset: nō cōtinuo dānandi sunt eloquētie studiosi: aut elegantie preceptores etiā theologi: quū eorum principes fuerint eloquētissimi: ⁊ sine elegātia nullus ad theologiā nisi impudētissimus accedat. Neqꝫvero q eloquētie studuerat: aut gentiles legerat: cesus est Hieronymus: nā id postea neqꝫ vetuit cuiqꝫ: neqꝫ omisit: sed q vir ad christianā rē destinatus: non christianus sed Ciceronian⁹ esset id est nō diuinis: sed dūtarat humanis literis insudās. Quocirca hortatur vt ornatū dicēdi a gētilibus tanqꝫ iniustis possessorib⁹ ad nostrā cui debeā religionē trāsferam⁹. ¶ Scio ego. emphaticos addit ego. Qui sibi vidētur: non dicit q̄ sunt: intelligit autē ceteris: nā aliter sanctiores locū inter plura duobus haberet etiā partitiue sumptū: vt id est tanqꝫ: quorū scz librorū: q id est q: studiosior subaudi aliquanto quā par erat: ⁊ id diris execrationib⁹ quas euāgeliū anathematizationes vocat: sunt autē quibus quis sibi male precatur: nisi faciat aut verū sit qd dicit. Jstorū quasi vilissimor. Et quidē in preterito: alij legūt imperterriti. At si vera est lectio in p̄terito: id est de re preteritavtpote de iactura ⁊ naufragio: id est dāno et peritione literarū: aut in preterito id est in eo qd alij preterierūt/⁊ nō accusauerūt: putātes eos prelocutos: aut in preterito quū sera sit accusatio post tantā iacturā: maliē tñ legere imperterriti. Naufragiū fecerūt qd plus est qꝫ iacturā facere: nā iacturā faciūt ne fiat naufragiū: seruat aūt qd p̄cepit dicēs fecerūt potiꝰ qꝫ passe sunt. Sed qr. i. qualis accusat⁹. Ne in te impetū faciāt/sumpta locutio ex sermonib⁹ Horatii. Si tñ eloquentes: validior videt obiectio qꝫ responsio. Si em̄ diceretur. Eloquētie studiū quo imperiti a sanctarū rerū scrutinio arcent: nō eloquētiū lectionē dānamus dūmodo in eis nō eloquentiā: sed bonas margaritas idest scientias inquiram⁹. Nō satis purgaret q̄ diceret ergo nullos gētiles legēdos: imo dicerē oēs q̄ aliqd bone sententie habēt: sed nō ppter eloquētiā obtinendā. Verū dicerem⁹ etiā eloquentiā amāda: quotea q̄ cōcipim⁹ melius exprimimus: ⁊ expressa ab aliis meli⁹ intelligimus. Neqꝫ tñ hic tā eloquētiā quā elegantiā precipit: sine qua nemo verus sit theologus: quū ignoret virtutē vocabulorū. Dilutū. i. intermistū: vinū aūt dilutū

Naufragiū facere ē plus qꝫ iacturā facere

Nēo bonus artiū inter pres sine eloquentia.

imperiti limphatū vocāt. Ille grec⁹: vcz Plato: noster latinus: scz Cicero. Cause forenses sunt q̄ pertinent ad forū iudiciale. Oēs here ses. Jd Augustin⁹ in libro de ciuitate dei sentire ex parte videt: vbi Porphiriū tarat christiane pietatis acerrimū hostē. Quid sup. de hoc dices: qd̄ ne dissimulabit quidē id est manifeste fatebit se eloquētie studiosum. Jnūc figurata iussio aut permissio: qua poete ⁊ oratores frequenter vtuntur p̄ro occulta prohibitione. Est autem J secunda persona presentis imperatiui ab eo. Qd̄ dico: qr quidam credens. L. esse fecit Luciū. Sepe in testimoniū assumit: etiā in plogis biblie. Quid ipse scz vir tā anxie sanct⁹ ⁊ doctus ⁊ verax. Nā in aliis inspiciēdū potius ex consilio saluatoris quid doceāt qꝫ q̄d agāt: dicūt em̄ ⁊ nō faciūt. Eloquētiā mutuaret id est mutuo acciperet. Mutuo. Nā mutuat qui mutuo accipit: mutat qui mutuo dat vt alibi author ipse. Studeo eloquentie potius qꝫ eloquētiā dicemus. Apes qꝫ formica. Apes regē habēt formice rempublicā. Unde lepide dicit se sub apū rege malle militare: qꝫ formicarū exercitum ducere. Nā licet formice prudēter quidē rēpub. administrēt: terrena tñ dūtarat cōgerūt: at apes aereā mellis celestia dona. Cetera vti et ista nota putē etiā mediocriter literatis imperitioribus tñ multa familiari⁹ explanāda relinquim⁹: quale est probatū iri esse futuri infinitiui modi: p quo dicere licet probāda esse. Nā senes desperādi id est nulla spes habenda est de senū eruditione: qd̄ graphice in prefatiōe Themistij sic dicit Hermolaus barbarus. Psitacus est senex: ferulā nescit: qꝫqꝫ nōnihil differunt: sic legēdū est: nō differāt: ne cōtra p̄ceptū suū faciat author. De verborū significatione. i. vocabulor: non em̄ in sequēti libro verbor: sed noim significatiōes tractat: sedverbū p fami ne sepe ponit Hora. Uerbū nō ampli⁹ addā.

Laurēty Vallensis

patricij Romani de latine lingue elegantia bene merentis in quarti libri contra elegātie studiosorū calūniatores. Proemium.

Aduersus calūniatores defensio

SIc ego nōnullos eor pre sertim q̄ sibi sanctiores ac religiosiores vidētur ausuros meū institutum hoc laborēqꝫ reprehēdere: vt indignū christiano homine: vbi adhorter ceteros ad liborū secularū sectionē: quor q studiosior esset Hieronymus: cesum se flagellis ad tribunal dei fuisse cōfitet: accusatūqꝫ q Ciceronian⁹ foret/⁊ nō xp̄ian⁹: quasi nō posset fidelis esse: et idē Tullian⁹. Eoqꝫ spopondisse: et id diris execrationib⁹/libros seculares postea se nō eē lecturū. Hoc crimē nō magis ad pñs op⁹ ptinet/qꝫ ad meipsum ac ceteros literatos: quorū studiū ac doctrina literarum secularium reprehenditur. Respondeamus igitur istorū accusationi: eosqꝫ

Hiero. ny. cesiq;

Defensio lectionis secularium.

vicissim/ꝛ quidē in preteritū quoq; accusem⁹ quorū culpa nō ex minima parte latine litere tacturā naufragiūq; fecerūt Quid ais tu nō esse legendos (authore Hyerony.) seculares libros? Qui sunt isti queso libri? Omnes ne oratores: omnes hystorici: oēs poete: oēs philosophi: oēs iurisc̄sulti: ceteriq; scriptores? an vn⁹ Cicero? Si illos dicis: vt debes dicere: cur non ceterarū quoq; literarū studiosi abstē reprehendunt? cū quib⁹ me aut damnare debes/aut absoluere? Sin ita nō sentis: ꝛ solū Ciceronē reū facis: vide ne stultū Hyero. videri velis: q̄ neminē seculariū pmittere sit se lecturū: quū de Cicerone tm̄ promittere deberet. At nō quid ille promiserit (inq̄s) est intuendū: sed quis accusatus sit. Fuit aūt accusatus q; Ciceronianus foret. Itane? ergo missum faciamus Ciceronez: relinquamus: abijciam⁹. Quid de alijs authorib⁹ senties? Quid de tot disciplinis? Certe oēs seculares sunt atq; adeo gētiles idest a non hystianis nec de christiana religione cōscripte. Si legē das ais tibijpsi repugnabis: qui mihi harum objcis lectionē. Si negas: etiā atq; etiā cōsidera: ne singularū disciplinarū familie in te impetū faciant: teq; oēs (nemine auxiliū ferē te) discerpāt. Minime in q̄s ita est. Sed quū Hyero. q; Ciceronian⁹ est reprehēdit id reprehēdit q; studiosus eloquētie esset. Itaq; dānati atq; repulsi intelligunt: q̄ cōparāde eloquētie gratia lectitant. Iā video times iuidiā: ſz sero times: ꝛ i eodē helitas luto. Si tm̄ eloq̄ntes excludis: cur mō in vniuersum mihi veta bas (vt sepe facere soles) legēdos secularū libros? At poestea accusationē tēperasti: et de eloquētib⁹ dūtaxat itelligis. Ita sit: errauerīs: sane: do venīā imperitie: parco cupiditati feriēdi: licet lacessit⁹. Cur tm̄ ab Hyero. dissides: q̄ seculares nō aūt eloqnentes se nolle tā gere pmisit? Cur tu neq; cū iudice illo vnuz Cice. intelligis: neq; cū Hyero. vniuersos seculares? Quid sibi vult ista anceps/vacillāsq; sentētia? quāq; (dij boni) nihil ne in illis libris nisi eloquētia est: nō memoria temporū: gentiūq; hystorie: sine q̄b⁹ nemo nō puer est: nō multa ad mores ptinētia: nō oiz disciplinarū tractatio? Hunq̄d hec oia negligam: ne forte dū talia discere volo: eloquētiā discā: et venenū bibā hoc vino dilutū: malimq; aquā ꝛ q̄dē cenosam potare: q; cū ꝫ timore falerna dulcissima? Porro q̄nā sunt isti libri in quib⁹ venena eloquētie occultātur? Certe nullos ego scio nō eloquētes: nisi tuos tuorūq; similiū: quibus nec robur vllū adest: nec splēdor cōtraq; ceterorū opera pro sua vnūquodq; portione mirā quādā prese ferunt bene dicēdi dili gentiā. Ita aut eloquētes: aut nulli libri legendi erunt. An ex his duobus de quibus Hyerony. meminit: aut ille Grecus infacūdus fuit: aut noster Latinus: nulli dūtaxat latinorū in philosophia secūdus: quorūvterq; nescias pstātior sit philosophus an orator? Quod si oēs libri veterū ita sunt eloquētes:

Solius eloquentie dānati studium.

Hystorice cognitio facit ne semp pueri simus.

vtvel plurimū sapiētie ita tradētes sapientiā Platōis vtvel plurimū eloquētie habeāt q̄nā isti erūt ꝛ Cicero quos ob eloquētiā dānandos putem⁹? Atq; nisi quū eos duos lectitasse se Hyero. fateat: vide ne nō tā de oratoris Cice. opib⁹ / q̄z de philosophicis dictū existimare debeas. Certe ego de philosophicis dictū accipio: ubi soli philosophi noiant: quodq; Platonic⁹ eēt: nō ideo nō obiectū: quasi sancte faceret Platonē legens: sed tm̄ Ciceronianus: q; homo latinus magis Ciceronis stylū cupiebat exprimere: stylū tm̄ quā quali ille vtebat in q̄stionib⁹ philosophie: nō quali in forēsib⁹ causis cōcionibusve: aut in senatu. Nō em̄ oratoz causaruz ciuiliū Hyerony. sed scriptoz sanctarū disputationū studebat euadere. Cur nō ergo credamus nō minus Platonē nocuisse ei / q̄z Ciceronē? cur nō magis philosophos q̄z oratores? At ornatus ipse dicēdi reprehensus est: nō sciētia. Si ita est oēs ad vnū reprehēdunt. Quis enim caret ornatu? In quo tu intollerabili calumnia veteris: quū nō sit facta mentio de ornatu in illa accusatione: sed q; tantū Ciceronianus esset. Hunq̄d tantum in Cicerone ornatus: nōne ꝛ philosphia: non cetere artes: nō (vt dixi) in Platone facundia: nō in ceteris: cur nō oēs pariter exterminam⁹? cur nō potius Ciceroīs philosophia nocuisse putāda Hyerony. est q̄z ars dicēdi. Nolo hoc in loco cōparationē facere inter philosophiā ꝛ eloquētiā: vtra magis obesse possit: de q̄ multi dixerūt ostēdētes philosophiā cū religiōe christiana vix coherere: oēsq; hereses ex philosophie fontib⁹ pfluxisse. Rhetoricā vo nihil hȳe nisi laudabile: vt inuenias: vt disponas: q̄si ossa / ꝛ neruos orationi des: vt ornes: hoc est vt carnē / colorēq; inducas. Postremo vt memorie mādes: decēterq; pnunties hoc est vt illi spm̄ / actionēq; tribuas. Hec ego cui q̄z nocere posse credā: nisi ei q̄ ceteranegligat ꝛ pīsertim verā sapiētiā: atq; virtutes. vt Hyerony. faciebat? Hāc ego artē obfuturam putē: pfecto nō magis q̄z pingēdi: fingēdi: celādi. Et (vt de liberalib⁹ dicā) q̄z musices artē. Et si ex his q̄ bñ canūt: pingūt: fingunt: ceteriscq; ex artib⁹ multū vsus atq; ornamēti diuinis accedit reb⁹: vt ppte ad hāc rēnate esse videant? pfecto multo pl⁹ accedet ex eloquētib⁹. Quare nō fuit illa accusatio q; Ciceronian⁹ esset Hyerony. ſz q; nō Christian⁹: q̄lē se falso esse p̄dicauerat: quū lras sacras despiceret. Nō studiū hui⁹ artis: ſz nimiū studiū siue hui⁹ artis: siue alteri⁹: itavt loc⁹ meliorib⁹ nō relinquat reprehēsus. Nō ceteri: ſz sol⁹ Hyero. accusat⁹ est. Alioq̄n ceteri si li castigatiōe correpti fuissent Neq; em̄ vna oib⁹ medicina cōuenit: ꝛ alios alio decet: neq; semp ꝛ vbiq; idē aut pmittit? aut vetat? neq; ille hoc alijs vetare ausus est: ne facerēt: ꝓtra q̄z plurimos laudauit: cū superiorꝫ: tū suoꝫ tēporꝫ eloquētes. Uerū q̄d multȝ agim⁹? Quid Hyero. ipo eloquēti⁹? q̄d magȝ oratorū? q̄d (ſz ipe dissimulare velit) bñ dicēdi solliciti⁹? studios⁹? obseruāti⁹? q̄d

Si ornatus reprehēditur oēs reprehēdi gētilium libros. Rethorice laus.

Actō Hyer. solius.

Hyeron. aduersus Rufinū purga.

q̄ ne dissimulat quidē? Nam obiciente hoc sibi somnium Ruffino / hominē deridet: planeq̄ fatetur se lectitare opera gentiliū: ⁊ lectitare debere? Idq̄ cū in alijs multis locis (q̄q̄ etiā sine confessione palam est) tū vero epistola illa ad magnū Oratorē. I nunc: ⁊ vere / ne aliena accusatio tibi obsit: quū illi nō obfuerit sua: ⁊ nō audeas facere / q̄ ille rescissa pactione facere nō timuit: tāetsi nō desunt: qui credāt eum puerili etate illa percepisse: semperq̄ postea memoria tenuisse. O ridiculos hoīes: ⁊ oīs doctrine imperitos: qui opinētur eū tantā rerū copiā ac scientiā q̄a nulli xp̄ianorū cedit: aut taꝫ cito potuisse discere: aut tādiu nō potuisse dediscere: quū et rarissimi reperiant: q̄ cētesimā partē scientie illius assecq̄ possint: ⁊ nō minore labore (vt antiquit⁹ dictū est) hec facultas retineat: q̄q̄ pareat: ⁊ tñ quantulū interest inter furari ⁊ furtū nō reddere. Quid p̄dest alijs furtū p̄hibere ne furent si tu furto tuo palā potiris? Si non debemus discere eloquētiā: nec vti certe si didicim⁹. Quid q̄ libros gētiliū sepe in testimoniū assumit: q̄s si nō liceret legere: min⁹ p̄fecto legēdos exhibere / ⁊ si nos dehortaret a lectione gētiliū: qđ nō facit: magis intuēdū putarē q̄d ip̄e ageret: q̄q̄ q̄d agēdū alijs diceret: veruntñ semp ip̄e idē ⁊ dixit: ⁊ fecit. Nā postq̄q̄ tenerā illā etatē saluberrimo sacrarū scripturarū alimēto pauit: in ea quā despectā habuerat / scientia sibi vires fecit: tāq̄ extra periculū positus est: ad lectionē gētiliū rediit: sine vt illinc eloquētiā mutuaret: siue vt illorū bñ dicta probās: male dicta reprehēderet: qđ ceteri oēs Latini Greciq̄ fecerūt: Hilarius: Ambrosius: Augustinus: Lactātius: Basilius: Gregor⁹: Chrysostom⁹: alijq̄ plurimi: q̄ in omni etate pretiosas illas diuini eloquij gēmas / auro / argētoq̄ eloquētie vestierunt. Neq̄ alterā p̄pter alterā scientiā reliquerūt. Ac mea quidē sn̄ia / si quis ad scribēdum in theologia accedat pui refert / an aliquā aliā facultatē afferat: an nō afferat nihil em̄ fere cetera cōferūt. At q̄ ignarus eloquentie est: hūc indignū prorsus q̄ de theologia loquat existimo. Et certe soli eloquētes / quales hi quos enumerauī / colūne ecclesie sunt: etiā vt ab apostolis vsq̄ repetas: inter q̄s mihi Paulus nulla re alia eminere / q̄q̄ eloquētia videt. Vides igit vt in cōtrariū res ipsa recidit. Nō modo nō reprehēdēdū esse studere eloquētie verumetiaꝫ reprehendendum non studere. Et ego sic ago tanq̄ eloquētie contra calūniantes patrocinīū prestē: quod est mal⁹ propositō meo. Non enim de hac re: sed de elegantia lingue latine scribimus: ex qua tamē gradus fit ad ipsam eloquētiā. Verum si q̄s eloquēs nō sit: ita demū nō erit castigādus: si talis nō potuit euadere: nō si hūc labore effugit. Qui vero eleganter loqui nescit: ⁊ cogitationes suas literis mādat: in theologia p̄sertim impudētissimus est: ⁊ si id cōsulto facere pta trasse ait / insanissimus: q̄q̄ nemo est q̄ nolit eleganter: ⁊ facūde dicere. Quod quū ipsis non cōtingit: videri volūt (vt sunt peruersi) nolle: aut certe nō debere sic dicere. Ideoq̄ aiūt gētiles hoc modo locutos esse: nō decere eodē modo loq̄ Christianos: quasi illi quos nominauī: more istorū locuti sint: ⁊ nō more Ciceronis: ceterorūq̄ gentiliū q̄ quakr loquātur / nec cognitū isti / nec expertū habēt. Non lingua gentiliū: nō grāmatica: nō rhetorica: nō dialectica: cetereq̄ artes dānande sunt. (Siquidē apostoli lingua greca scripserunt) sed dogmata: sed religiones: sed false opiniones de actione virtutū: per quas in celū scandimus. Certe aūt scientie atq̄ artes in medio sunt posite: q̄b⁹ ⁊ bñ vti possis: ⁊ male. Quapropter conemur obsecro eo puenire: aut saltē proxime quo luminaria illa nr̄e religionis peruenerūt. Videq̄ mirabili ornamēto vestes Aarō distinguātur: q̄q̄ arca federis: q̄q̄ templum Salomonis. Per hoc mihi significari eloquētia videt: que (vt ait nobilis tragicus) Regina rer⁹ est ⁊ p̄fecta sapientia. Itaq̄ alij ornēt domos p̄uatas: hi sunt qui studēt iuri ciuili: canonico: medicine: philosophie: nihil ad rē diuinā cōferētes. Nos omnem⁹ domū deivt i eā ingredientes: nō ex situ ad cōtēptū: nec ex maiestate loci ad religionē concitent. Nō possuꝫ me cōtinere: q̄ min⁹ qđ sentio dicā. Veteres illi theologi vident mihi velut apes q̄dā in longinqua etiā pascua volitātes dulcissima mella cerasq̄ miro artificio p̄didisse. Recētes vero formicis simillimi: que ex proximo sublata furto grana in latibulis suis abscōdunt. Ut ego (quod ad me attinet) nō modo malim apes / q̄q̄ formicas esse: sed etiā sub rege apuꝫ militare: q̄q̄ formicarū exercitū ducere. Que p̄batum iri bone mētis iuuenib⁹ (nā senes desperandi sunt) cōfidimus. Nunc ad inceptū redeo: q̄q̄q̄ ea que sequunt: nō nihil a superioribus⁹ differant. Tractabimus em̄ de verborum significatione: neq̄ de omnib⁹ vocabulis: sed quasi gustū quendā / ⁊ eorum maxime que ab alijs tractata nō sunt: nā de omnibus dicere prope infinitum est.

dit. Impudentissimus est sine elegantia theologus.

Apostoli lingua greca scripserunt

Ornat⁹ rerū significat elegātiā verborū Veteres Theologi.

¶ Epitome capitis. clxxxiij.

¶ Libertin⁹ adiectiuū est: significās hoiem ei⁹ cōditionis: vt aliq̄ fuerit seru⁹: aut ex seruā nat⁹. habetq̄ p̄ relatiuo ingenuū: cui⁹ cōtrariū significat. Et q̄ ei⁹ correlatiuū generale est: ⁊ generalia facile intelliguntr: recte sine eo ponitur. Libertus vero substātiuū ad patronū certum refertur: significatq̄ eum q̄ adhuc patronum habet: nec sine eo vel adiectiuo p̄ eo posito aut intellecto recte ponit.

Recentes. Verbū.

¶ Dicimus ergo Horatiū libertū aut libertinum fuisse. patrē vero eius etiā libertinū: aut si sciremus cuius etiā libertum: sicut dicimus hunc libertum Cesaris: illuꝫ Tullij: nō tamē dicemus libertinum Cesaris: quia adiectiuum est: vt textus clare significat: ostendensi etiā quare dicantur conserui ⁊ collibertini: non cōingenui / nec collibertini.

¶ De libertinus ⁊ libertus. Cap. clxxxiij.

Libert' Libertinus.

Libertus esse ḋs desinit: non aũt libertinus.

collibertus Libertinitas. Seru' ꝛ Seruit'

Libertinꝰ ꝛ libertꝰ sola elegantie gra habẽt differẽtiã: quã nec grãmatici nec iurisperiti (qõ maxime pudẽdũ est) sciũt: quã ne eox q̃dẽ aliquẽ qui his tẽporibꝰ merita bñ scribẽdi laude celebrã tur: inueni sciẽtẽ: ꝙ nolim videri cõtumelioſe dictũ: sed necessario potius / atq; honeste. Ue reor em̃ ne ꝙ facilitatẽ: qua semp cãdide que cũq; studio inuestigassem: cũ amicis cõicaui: amici ipsi (si mõ tales amici dicendi sunt) lau dẽ mihi preripiãt. Qõ crimẽ lõge a me semp abfuit: ꝛ ex oĩbus q̃ hoc in ope p̃cipimus pfi teor nihil oĩno ex aliquo huius etatis vel au diuisse: vel legisse. Itaq; sic meã mihi ab alijs gloriã preripi moleste fero: vt illorũ a me pre ripi nefas puto. Nemo aũt literatox erit: quo rũ paucissimi mihi familiares nõ sunt: qui se hoc antea ignorasse: ꝛ a me vel verbo / vel scri ptis didicisse neget. Igit libertinus relatiuũ est ingenui: libertꝰ relatiuũ est patroni: ꝛ vnũ idẽq; sit ꝛ libertinus / ꝛ libertꝰ. Per libertinũ significamꝰ cõditionẽ hois: sicut ꝙ ingenuũ. Per libertũ significamꝰ priuatũ quẽdã respe ctũ: sicut ꝙ patronũ. Ideoq; libertinꝰ adiecti uũ est sicut ingenuus: eoq; nõ fit a libertina li bertinabꝰ: vt a liberta libertabꝰ. Libertꝰ sub stãtiuũ: sicut patronꝰ. Illudq; solemꝰ diffini re: nõ hoc solemus: vt in iure ciuili. Libertini sunt q̃ iusta seruitute manumissi sunt: quẽad modũ ecõtrario ingenui sunt / q̃ libera matre nati: nec postea serui facti sunt. Significatur em̃ (vt dixi) ꝺditio hois ꝙ ingenuũ ꝛ libertinũ: vt libertinꝰ hõ: libertina mulier: libertine ꝺdi tionis: nõ aũt libertꝰ hõ: liberta mulier: liber te ꝺditiõis. Hec em̃ signt ꝓuatũ quẽdã respe ctũ ad patronũ patronãve relata. i. ad eũ eãve q̃ antea dñs: aut q̃ dña huiꝰ fuit: quũ seruꝰ ancillave eẽt: vt libertꝰ Cesaris: libertꝰ Mes saline: liberta Claudij: liberta Agrippe: non autẽ libertinꝰ Cesaris: aut libertina. Jõq; in terrogamꝰ: hic ingenuꝰ est: an libertinus: nõ aũt an libertꝰ: ꝛ quũ rũsum est libertinꝰ: iter rogamꝰ cuius libertꝰ: nõ cuiꝰ libertinꝰ: Unde turq; est libertꝰ meꝰ: aut tuꝰ: aut illiꝰ: aut Ca tonis: aut nulliꝰ. Atq; libertus sine patrono: patronave nõ est. Libertinꝰ põt esse: q̃uis ne cesse est eũ aliq̃n habuisse: quo factũ est: vt di camꝰ colliberti collibertecq; quẽadmodũ cõ serui cõseruecq; ꝙ hi plures sub vmbra vnius patroni sunt: sicut illi sub impio vniꝰ dñi: nõ aũt collibertini aut coingenui. Ad nullã em̃ alterã priuatã psonã plures hox referri pos sunt: nec alij ab alijs distinguunt. Colliberti a collibertis diuisi sunt: vt mea tuis: ꝛ cõser ui a cõseruis: quẽadmodũ cõciues mea cõci uibus tuis: q̃ alteriꝰ ciuitatis es: cõdiscipuli mea tuis: et cõmilitones mea tuis: qui sub alio vel ꝓceptore vel duce est. Libertinꝰ vero atq; ingenuis hoc nõ ꝓtingit: quũ nõ magis nexus mihi sit cũ ingenuis: mee vibis: et tibi cũ libertinis tue vibis q̃s cũ alijs quibusuis. Ideoq; nõ dicunt coingenui ꝛ collibertini. Et libertꝰ collibertusq; esse aliq̃n ḋs desinit. Libertinꝰ esse nõ desinit. Deniq; ꝯ poteramꝰ altero hox noim esse cõtẽti: tñ distinguere ve teribꝰ placuit ꝓuatũ respectũ a publico: et iõ libertinitas dicimꝰ: non libertas. Ex seruo tñ: nõ ꝙ ad priuatũ dñm referꝝ: fit seruitꝰ: sed ꝙ ad publicũ: dicimꝰ em̃ nõ mõ seruꝰ tuꝰ: ser uus meꝰ: sed etiã sine respectu patroni vt hic seruꝰ ꝛ hõ seruꝰ: qõ in libertꝰ nõ fit. Ceterũ co gitãti mihi vñ factũ est: vt in tãta exẽplorũ co pia elegãtiã hãc accuratissime custodientiũ: quũ tot hoim milia nunq; annotauerint: hoc existimo cause fuisse: ꝙ frequẽter inueniret si ne mẽtiõe patroni libertũ notari: quo falli so pite negligẽtie fuit. Si em̃ nonnunq; reperie bãt liberto nõ opponi patronũ: tñ reperiebãt libertino nunq; apponi: q̃q; semꝑ adheret li berto patronus: vel notatim: vel subintelligẽ do: vt in multis fit: quale est. Uẽdidi patrimo niũ: supplet meũ: collocasti filiã: supplet tuã: publicauit opus: suppletur suũ. Ita hoc loco quale est apud Cui. Licet ꝛ nihilomin' ami cũ grauẽ virũ: aut fidelẽ libertũ lateri filij sui adiũgere: vcx suũ. Cice. pro Sextio: quũ ait. Quintũ fratrẽ auxilio seruox libertorũq; ere ptũ a ferro Clodianox: nõ genꝰ seruitie: liber tinũq; nec cuiuscũq; seruos: libertosq; sigt: sz suos ipsius. Quid attinet plura ex iure ciuili exẽpla repetere: quũ etiã distincti sint tituli de libertis ꝛ libertinis? Quã dam q̃ ignorat (oẽs aũt legulei ignorãt) plurima ꝛ capitalia in ipo iure ciuili pctã cõmittit. Seruꝰ grãma ticꝰ (si coder fidelis est) ꝙ libertino posuit li bertũ. in. viij. Eneid. Feronia mater nympha Cãpanie: quã etiã supra diximus: hec etiã li bertorũ dea est: in cuiꝰ tẽplo raso capite pileũ accipiebãt. Adijciã qõ ait Sue. in vita Clau dij in ipsum. Ignarꝰ tẽporibꝰ Appij. ꝛ dein ceps aliquãdiu: libertinos dictos nõ ipsos q̃ manumitterentꝝ: sz ingenuos ex his ꝓcreatos.

Libertꝰ pro libertino posuit.

Seruꝰ.

¶ Epitome capitis. clxxxiij.

¶ Uerbalia in us ꝛ in io fere idẽ signt: differũt tñ accessus ꝛ accessio: ꝛ nonnihil actus et actio: gestus ꝛ gestio. In io quoq; q̃d amplꝰ sepe significãt: vtpote rẽ ꝛ coꝝ: vt satio: oro: possessio ꝛ sessio declarãt. Et q̃dã in us ꝙ pso nis: vt cõuẽtus: ꝓfessus. Calepi. affert exẽplũ Cic. in quo vult accessionẽ ꝛ decessionẽ ꝙ ac cessu: ꝛ decessu capi. Eorũ neq; accessione vi tã meliorẽ fieri: neq; decessione peiorẽ. Sed talis accessio adiectio quedã est: ꝛ incremen tum: ꝛ decessio: ablatio: ꝛ detrimentũ.

¶ Accessus ꝛ accessio: actus ꝛ actio: ge stus ꝛ gestio. Cap. clxxxiij.

Accessꝰ. Accessio. Actio. Actus. Gestio. Gestus.

Accessus et accessio differũt. Si q̃dẽ accessus est aditio: atq; appropin quatio. Accessio autẽ adiectio atq; incremẽtũ: q̃ dria rara est in ꝓfitib' noib'. Satꝰ em̃ ꝛ satio idẽ sunt: cultꝰ ꝛ cultio motꝰ ꝛ motio: actꝰ ꝛ actio: nisi q̃ dicimꝰ actio nẽ causax: non actũ: et actũ comediarũ: non actionẽ: cursus ꝛ cursio: abusus ꝛ abusio. Ge stus quoq; ꝛ gestio nõ parũ differũt. Nã gestꝰ est actio q̃dã: ꝛ quasi ꝓnũtiatio corporis: ge

ſtio vero adminiſtratio ꝛ actio: q̄uis parū in vſu eſt. Hec aūt duo de quib⁹ dicere inſtituerā: nō differūt: q̄ verbū vnde deſcēdūt: duplici
Accedo ter ꝛ regit: ꝛ ſignificat: vt accede ad ignē hūc i. adi: atq; appropinqua. Et hoc calamitatib⁹ meis pōd⁹ acceſſit: vel ad calamitates meas i. adiūctū eſt ꝛ increuit: ita a prima ſignificatione naſcit acceſſus: cui⁹ contrariū eſt receſſus. Alia ſpēa acceſſio: vt Cic. Acceſſionē adiūxit edibus. i. adiectionē: et incremētū. Preterea vſum tñ ſuperior Macrobius in cōmētariis naturalib⁹ dixit. Aut eñ acceſſio: aut in leuā dexterāve reflexio: aut ſurſum quis: aut deorſum mouet: aut in orbē rotat. Et iterū. Has ſolis portas phiſici vocauerūt: quia in vtraq; obuiāte ſolſtitio vlteri⁹ ſolis inhibet acceſſio. Acceſſus ipſe dixiſſem poti⁹ Ciceronē imitatus: q. iij. de ora. li. ita ait. vt luna acceſſu: ꝛ receſſu ſuo ſolis lumē accipiat. Hā q; febris acceſſio ſepe legit: ego p incremēto accipio nō p acceſſu: altoq̄n aliq̄ legerem⁹ acceſſus febris: ſed idē eſſet: q; nunc̄ fit. Pli. li. xxiij. Sz id dāndū nō niſi in acceſſione ſenſerit: alij in remiſſione illi vt ſudorē coerceāt: hi q; tuti⁹ putāt: acceſſionē remiſſionēq; p ętrariſs poſuit ꝛ ſi remiſſio imminutionē ſignificat: profecto acceſſio ſigt incremētū. Quia dixi noia in us ꝛ in to a ſupinis profecta fere eiuſdē ſignificationis eſſe hoc exceptionis addo q; ea q̄ poſſeſſionē habēt in to: latius ſignificare ſolēt: nec actionē mō: ſed rē etiā: ac corp⁹ vt aratio: poſſeſſio. Cic. in Philip. Ne quōdā arationes cāpant: ꝛ leōtini agri populi romani pīmonio grandifere ꝛ fructuoſe ſerebant. i. hi agri ad arādū idonei. Idē in eiſdē. Quid poſſeſſiones datas: q̄d ereptas p̄ferā? Idē de Orato. Tot locis ſeſſiones gymnaſioꝝ. i. tot ſedilia. Eā rūq; ſunt in ius p pſonis accipi ſolēt. Cōuēt⁹ nō eſt cōuētio: ſed hoīes qui in vnū locū cōuenerunt. Conſeſſus non eſt conſeſſio: ſed homines vno in loco conſidentes.

✣ Macrobius nō recte dictione acceſſio videtur vſus.

In to.

Poſſeſſio.

Aratio. Seſſio. Cōuēt'. Cōſeſſ'.

¶ Epitome capitis. clxxxv.

¶ Obſeruo eſt aut cuſtodio et annoto more ſpeculatoris: vñ fit obſeruatio talis annotatio. Aut venerāter ne q̄d ętra volūtatē faciā: oīa ſeruo: vnde obſeruātia talis veneratio / q̄ obſeruādo exhibet. Licet a Leo. papa p obſeruatione dicat. Scitis ad eternū vobis gaudiū p futurū diuinorū obſeruātiā mādatoꝝ. Nō inſtitutū minorū poſſit obſeruatio dici: pbat illud Val. marti. Aut marcello adiectio impēſe impedimēto fuit: quo min⁹ religionibus ſuis tenor ſuaq; obſeruatio redderetur.

¶ Obſeruatio ꝛ obſeruātia. Cap. clxxxv.

Obſeruatio. Obſeruantia. ✣ Plautus. Obſerua iteriz

Obſeruatio ꝛ obſeruātia ſimili quodāmodo: vt acceſſus ꝛ acceſſio differūt. Obſeruo nāq; duo ſigt: vnū q̄d eſt cuſtodio aliq̄d oculis / animoq; in modū ſpeculatoris: ne nos ſilētio: tacitoq; pretereat: vt obſerua trāſeūtes: obſerua filiū: obſerua Dauū q̄d agat: q̄d loquat / quaſi cuſtodi ꝛ annota: ꝛ hinc fit obſeruatio quaſi anne q̄d te notatio. i. aiaduerſio. Ite obſeruo nō ſpeculā tis mō: ſed admirātis: venerantiſq; ꝛ id tm̄ in hoīes: nō in res: quoties quē vel virtute / vel dignitate ſuſpicim⁹ ꝛ colim⁹: vñ fit obſeruantia q̄ eſt veneratio q̄dā et honoris exhibitio. Quare melius obſeruationē quā obſeruātiā hi q̄ nominant fratres: ſuū inſtitutū noīarēt. mere a- gat.

¶ Epitome capitis. clxxxvj.

¶ Potus eſt nutrimenti cauſa: potio medicine: ſed vſurpatur interdum pro potu.

¶ Potus ꝛ potio. Cap. clxxxvj.

Potꝰ et potio.

✣ Potio p potu interdū ponitur.

Potus nō differūt: niſi ob huiuſmodi cauſaz. Potꝰ eñ vini: aque ſimiliūq; dicit: potio vero a medicis datꝰ egrotāti q̄ grece dicit φαρμακον. Nōnunq; tñ potio p potꝰ accipit. Sene. de trāquillitate. Aliq̄n vectatio iteraq; ꝛ mutata regio vigorē dabāt: cōuictuſq; ꝛ liberalior potio. Cic. in Tuſcu. Quid q; ne mēte quidē recte vti poſſumus multo cibo / ꝛ potione repleti. Et alibi. Tātū cibi ꝛ potionis adhibendū: vt reficiantur vires non opprimantur.

¶ Epitome capitis. clxxxvij.

¶ Senes dicuntur a propriis annis: veteres ab ante acto tempore. Antiqui ab vtriſq;: ſed potius ab anteacto tempore.

¶ Senes: veteres / ꝛ antiqui. Cap. clxxxvij.

Senes. Ueteres Antiq. Uergiliꝰ ✣ Anti quaſq; domus autium.

Senes vocant q̄ſtū ad priuatā ipſorū vitā / q; vſq; ad ſenilē etatē vixerūt. Ueteres q̄ſtū ad publicū tēpus: q̄ō alia etate vixerūt etiā ſi ad ſeniū nō peruenerūt. Unde quidā iuniores fuerūt ſeniores veteribus. Antiqui vtriq; dicūtur: ſed magis veteres q̄ſ ſenes.

¶ Epitome capitis. clxxxviij.

¶ Defectus eſt q̄ñ quid deeſt / vbi adeſſe deberet: defectio qua quis derelinquit p rebellionē cum cui militare deberet: culpa nora et vitium eius qui facit quod non deberet.

¶ Defectꝰ: culpa ꝛ defectio. Cap. clxxxviij.

Defectꝰ Culpa.

Defectu medicorū multi pereunt: plures tamē culpa medicorū. Is nāq; defectu medici perit: cui medicus preſto non eſt. Culpa vero medici: qui moriturus non erat: niſi preſto medicus ſibi fuiſſet: quā maiorem partē eſſe arbitror. Hec ideo dixit: q; nōnulli p culpa medicorū aiunt defectū: ꝛ vitia hominū / rerūq; vocāt defectus: quū dicere debeāt vitia: vel culpas / vel mendas: vt menda libri. Defectio plurimū a defectu diſſentit: quū ſit receſſio: aut militum: aut ciuitatis a domino: vel a ſuperiore. Eſt eñ deficere deſiſtere et a ductu alteri⁹ recedere: ꝛ quaſi rebellare: ꝛ defectio q̄ſi rebellio: q̄ exēpla paſſim reperiunt.

¶ Epitome capitis. clxxxix.

¶ Rumor ꝛ fama fere idē ſunt. Quinti. tñ diſcernit: vnde Manci. Quinti. quidē authore lib. v. Fama conſenſus ciuitatis velut publicum teſtimoniū vocatur. Rumor vero ſermo ſine vllo certo authore diſperſus: cui malignitas initium dederit: incrementū credulitas. Hec ille: contra quem adduci poſſet ab authore noſtro Liuius.

Manciellus.

¶Rumor:ꝛ fama. Cap̃.clxxxix.

Rumor. Fama.

RUmor ꝛ fama idē sunt: quoꝝ alterū Latinū: alterū e Greco est. Cice. in Philip. Improbissimis rumoribus dissipatis:ꝛ nō lōge post hoc triduo vel quatriduo tristis a Mutina fama manarat:ꝛ statim post famā istā fasciū dissipauerūt Significat aūt his duob⁹ noib⁹ sermo quidā in ppō sine certo authore de re aliqua recētī: siue bona:siue mala. Exemplū rumoris de re bona ponam⁹. Liui.lib.ij. Manat tota vibe rumor. Fabios ad celū laudib⁹ ferūt. Frequēter tñ fama etiā p sermone nō rei recētis: sed iam inueterate:ꝛ p opinione quadā:vt fama est Athenas iā plus annoꝝ millib⁹.xx.fuisse cōditas:ꝛ p laude/ꝛ celebritate hoīs:vt fama Camilli:fama Scipionū: Metelloꝝ. Fabiorū:ꝛ eoꝝ quoq; qui viuunt:vt fama tua:fama mea:fama illi⁹:p quo nō recte dixeris rumor.

¶Epitome capitis.cxc.

¶Murus est vbis:aut castroꝝ lapide⁹ ambitus:paries qualiscūq; domus priuate. Menia interdum pro muris:eo q munimēta dicūtur. Porta est in muris. Janua in pariete. ¶Videt a menib⁹ munio ductū:mutando e in u:sicut a pena punio:a penus punicus.

¶Mur⁹: paries:menia: ianua. Cap̃.cxc.

Murus. Paries. Porta. Janua.

MUrus ꝛ paries quid differāt supuacuū erat admonere:nisi his tēporibus :vt sunt oia depraua ta:mur⁹ p paries a plurib⁹ vsurparetur:q̄q̄ ꝛ apud Grecos eodē sono pronūtiet vtrūq;: distinctū tñ in literis/ꝛ gñe. Murus est vbis lapideus ambit⁹:q̄ Grece dr τοτειχος. Paries vero domoꝝ/grece στοιχος. Murus est etiā nō vbis:sed vbis similiū: vt munitionū: castroꝝq;. Menia p muris accipi solēt:ꝛ p edificijs ipī' vbis. Porta muroꝝ est munitionūq; atq; castroꝝ. Janua parietis/atq; domorū.

Menia sunt proprie q̄ vbē cingūt. Vergil. Et menia pādimus vbis.

¶Epitome capitis.cxci.

¶Gesta sunt in publica administratione rerū magnarū. Acta etiā priuatarū/ꝛ familiarium: p quib⁹ actue reperīt:vt apud Sall.in Cati.de actib⁹ Ciceronis quererer ꝛc.

¶Gesta ꝛ acta. Cap̃.cxci.

Gesta. Acta. Iuuenal. Fiēt ista palā: cupiēt et facta referri.

GEsta ꝛ acta hoc differūt: q illa sunt in administratione magistrat/ et in rebus maioꝝ⁹:ꝛ ad rēpublicā:vel ad plurimos spectantibus: vt gesta Alexādri:gesta Pōpeij:gesta Cesaris. Acta vero etiā rerū priuatarū/ꝛ minoꝝ/ ac familiarium:vt Cice. An.in cōmentarijs ꝛ chirographis ac libellis seruo authore platis:nō prolatis quidē:sed tm̄modo dictis acta Cesaris firma erunt:q̄ ille in eis incidit: in quo populi iussa:ppetuasq; leges esse voluit:p nihilo habebūtur:/ Equidē sic existimo: nihil tā esse in actis Cesaris q̄z leges Cesaris. Quidā illud eiusdē ita legūt in Sallu. Nō si de mea vita/ atq; actib⁹ huic cōuiciatori respōdero: inuidia gloriā cōsequet. Reor scribēdū esse actis. Nō si scribi pōt actib⁹ (vt est apud Lucanū.) Licet ingētis abruperit actus: minus miror

Actus. Actiōes

cur actus apostoloꝝ magis q̄z acta dicamus: idē tamen sunt actus/ꝛ actiones.

¶Epitome capitis.cxcij.

¶Natalis aut natale ꝛ pluraliter natalia significant diem natiuitatis:sed natales claritates nascentium.

¶Natalia:natalis:ꝛ natalitius. Cap̃.cxcij.

Natalia

NAtalia significant q̄d natalis: q̄ est dies natalitius: vtrunq; cōuersum in substantiuū ab adiectiuo: hic et hec natalis ꝛ hoc natale:vt natalis horę tēpus:apud Quin.in gladiatore. Natales vero magis cōditionem sanguinis ac familie:vt generosi natales:obscuri natales:vt idē Quinti.in eadē declamatione. Cuius vt interiectio mari nō fortunā quisq; nosse: non natales.nō patrē poterat. Plinius ad Messium. Nōnunq; cādidat⁹ aut natales cōpetitoris:aut annos:aut etiam mores arguebat. Hic p ignobilitate accipīt:illic p nobilitate.

Natales

¶Epitome capitis.cxciij.

¶Precepta ꝛ preceptiōes idē sunt: sed instituta sunt mores: institutiones libri: et preceptiones quibus instituimur.

¶Precepta ꝛ preceptiones pro eisdē accipi: instituta ꝛ institutiones differre. Cap̃.cxciij.

Precepta. Precepti.

PRecepta et preceptiones indifferenter vtimur pro disciplina: instituta ꝛ institutiones per differentiam. Instituta enim sunt mores consilio ꝛ ratione sumpti:nā mores bonos ꝛ malos dicim⁹:et in morem id est similitudinem: vt in morē leonis. In morem stagni/placideq; paludis: inquit Vergi. Institutum autē bonus mos:vt factā meo instituto. Licet institutum nōnunq; significet inceptū/propositum:ab instituo: quod est incipio. Institutaꝝ vero (vt instituerā dicere) boni mores sunt consilio ꝛ ratione sumpti. Quintilia. Nam is q̄q̄ triennū nutricibus dederit:tamē ab illis quoq; formanda q̄z optimis institutis mentem infantiū iudicat. Cur autem ad literas non pertineat etas que ad mores iam pertinet:/ eandem rem appellans institutaꝝ ꝛ mores. Apud Vale.max.titulus est de institutis antiquis:quasi de moribus antiquis. Institutiones sunt preceptiones: quibus instituuntur et docentur homines: vt libri ab eo dē Quinti.et Lactan. multisq; alijs authoribus inscripti de institutione oratoria siue alio nomine atq; materia.

Instituta. Institutio. Mos. In morem. Institutaꝝ alicuius principia dicuntur. Pli. hec sunt rerū principia ꝛ instituta nature.

¶Epitome capitis.cxciiij.

¶Aduocatus est omnis qui alteri adest in causa officij gratia: etiam si nihil dicat. Patronus qui agit causam accusati: nō accusantis:aut qui defendit:aut qui libertum habet. Cliens interdum litigator dicitur: est autem aduocati.

¶Aduocatus ꝛ patronus. Cap̃.cxciiij.

Aduocatus.

AUduocatus et patronus sic differūt: q̄ illud generalius nomē est q̄z hoc: vt non tantum significet eum qui alterius causam agit. Si q̄dē quicūq; h̄ tiij

adest alteri in causa officij gratia: aduocatus appellat: etiã si nihil dicat neq; agat: sed qui tñi paratus sit defendere: vt Teren. in Eunu. Tu abi: atq; ostiũ obsera intus: dũ ego hinc trãscurro ad forũ. Volo ego hic adesse nobis aduocatos in turba hac. Et Lice. quũ in aliis multis libris: tũ p Cecinna. Qui ad possidẽdũ p̃diũ cõtulit se cũ aduocatis: quoz p̃sidio ab aduersarij iniuria tutus esset: qui t ipse venit cũ aduocatis suis: ſz armatis ad arcendũ Cecinnã a predio. Patronus aũt proprie est q̃ agit cãm: sed accusati nõ accusantis. Quint. Quum accusatori satis sit plerũq; verũ esse id qõ obiecerit: patron⁹ neget: defendat: trãsferat: accusator p̃meditata pleraq; domo affert.

Patronus. Patron⁹ ex inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testem: patronus ex eo refellit. Ex quo colligit accusatorẽ nũq; patronũ esse. Verũ quoniã nõ ois lis circa accusationẽ t defensionem criminũ versatur: vt in mutuis depositis: locato: et cõducto: similibusq;: ea retã actor q̃ defensor solet appellari patronus: quippe quũ vterq; nõ alterius oppugnande: sed sue defendẽde partis gratia dicat: vt idẽ: Nec immerito quidẽ: quãq; in dicẽdo mediocres: hac tamẽ altercandi prestãtia meruerũt nomẽ patronorũ. Patronus etiã dicit respectu liberi: t nescio an hic ab illo an ille abhoc nominat⁹ sit: vtrunq; tñ a patre venit. Uterq; enim: simile quiddã patris habet t vt dñs manumissione serui liberat eũ a misera cõditiõe: ita aduocatus hoiem obnoxiũ: potestate iudicum: et periculo litis opera sua liberat: ꝓpter qõ clientẽ vocam⁹ ipm litigatorẽ: cuius causaz agim⁹: t eũ q̃ sectator est: t sub tutela alteri⁹: t pene famul⁹: q̃les sũt liberti in patronos: t patrocinari tã ꝛbo q̃ facto: est ibecillioꝛẽ ptegere: a quo fit patrociniũ. ¶ Epi. capitis. cxcv.

Patrocinari.

Patron⁹ solet tã defensor q̃ accusator appellari.

Lliens.

¶ Facies est quasi factura t effigies corporis. vult⁹ avolẽdo dict⁹ẽ: est tñ vbi vtroq; vti liceat

¶ Facies t vultus. Cap̃. cxcv.

Facies. Vultus. Superficies.

Facies magis ad corpus: vultus ad. animum refert / atq; volũtatẽ: vñ descendit. Nã volo supinũ habebat vultũ. Inde dicim⁹ irato / t mesto vultu: potius q̃ facie: t ꝓtra / lata aut lõga facie: nõ vultu: a quo cõpositũ est superficies: nõ sane discrepans a suo simplici: vt facies maris: facies terre / quasi superficies: et facies hois: quasi primũ illud qõ intuemur in hoie. Est tñ aliquando vbi vtroq; vti liceat: vt fedata facie / t feda dato vultu: scissa facie t scisso vultu: conuersa facie / t cõuerso vultu: q̃ exẽpla sunt plurima.

¶ Epitome capitis. cxcvj.

Precox quoq; ingenũ per translationẽ dicimus:qõ nimis cito maturitatẽ consecutũ:nimisq; cito videt adoleuisse:ideoq; ait Quin. Illud ingenioꝛ velut precox genus:nõ temere vnq̃ peruenit ad frugẽ: id est nõ fere vnq̃ ad perfectionẽ: tanq̃ ad frugẽ fructũq; peruenit:precox quasi ante tẽpus excoctũ. Huic simile ac dissimile est prematurus: qõ est anteq̃ sit matur⁹: et ante maturitatẽ:vt segetes premature:frumẽta prematura:poma prematura:id est nondũ matura: ⁊ per translationẽ prematurus sum militie:prematura etas: prematura legatio:prematura allocutio:prematura postulatio: id est immatura: q̃q̃ maturum ipsum in frugibus propꝛie dicit:⁊ idvno modo. In personis vero figurate:⁊ hoc duobus modis. Uno sic. Ego sum matur⁹ audiẽde philosophie. Tu es maturus rei militari i. perfectionẽ tẽporis habeo ad hãc rẽ. Unde senilis etas vocat matura:quasi oino perfecta: et tẽpus debitũ assecuta. Altero sic. Ego sum hõ maturus. i. perfect⁹ moꝛibus:⁊ in hac significatione non cõponit. Inde matureſco matur⁹ fio:⁊ maturo maturas/maturũ facio:

Prematurus.

Matur⁹ Etas senilis matura vocatur.

Matur⁹

Maturrimus.

vel perficio:atq; festino:vt Uergi. Maturate fugã. Cice. ad Herẽniũ. In etate maturrima dixit:pro in etate festinãtissima:⁊ mature aduerbium pro cito.

¶Epitome capitis.ccxc.

¶Annuũ dicit/aut qõ per totũ annũ:aut q̃ semel fit peracto anno. ¶Unde annu⁹ pen⁹ a Plauto q̃ annũ duret dicit. Et annua sacra a Uer. q̃ pacto anno singulis annis semel fiãt.

¶Annuus. Cap.ccxc.

Annuus eodẽ modo dicimus: quo diurnus. Spatiũ diurnũ:spatiũ annuũ:vnius diei:vniusue anni. Annuus quoq; qũo quotidianus: febris quotidiana est q̃ singulis diebus venit. Ita apud Uerg. Atq; annua magne sacra refer Cereri. i. singulis annis. Et duo illi Epicurei philosophi annua febri quo die nati fuerãt corripiebãtur:qua febri ⁊ mortui sunt: atq; eodẽ quidẽ die. Dictum est ergo annuũ: quasi anniuersariũ. Nam vt festa: ita febres quibusdã:quoꝛum etiam Augustus fuit: anniuersaria sunt.

Annu⁹. Annua febris.

¶Epitome capitis.ccxcj.

¶Capitale odiũ/aut supplicĩũ:seu morbi genus dicitur qõ caput alterius petit. Capitalis homo cuius caput petitur. Capitalevitiũ propter quod caput petitur.

¶Capitalis. Cap.ccxcj.

Capitale odiũ: qõ caput ⁊ vitã alterius petit. Cice. Quũ is tribunus plebis capitali odio a Quinto Põpeio qui tũ erat consul dissideret. Itẽ capitale supplicĩũ:capitalis morbus:qui caput alterius petit. Capitalis aũt homo:capitale vitiũ:capitale peccatũ:nõ qõ petat alterius caput:sed cuius caput: aut propter qõ cõmittentis peti debeat ad penã: vt idẽ Capitalis Etheocles vel potius Euripides. Et alibi: fieri ait in ciuitate vitia capitalia.

Capitalis. ✠ Cice. ii. v. Philip. Ad quẽdã septimum capitalẽ hoiezcol legã suũ miserat.

¶Epitome capitis.ccxcij.

¶Meritoꝛia taberna que pro mercede pater:meritoꝛius puer stupro a mangone p̃ mercede expositus. Puella autẽ non meritoꝛia/sed propꝛio vocabulo meretrix dicitur. Ingenui autẽ dicunt:qui q̃ liberi/sic nõ prostituũtur. Mango est qui pueros/puellas: equos: canes:aut similia venundat. Mereri autem: aut merere:est stipẽdia facere:seu pro mercede militare. Lucanus. Ere merent paruo.

¶Meritoꝛia taberna. Cap.ccxcij.

Meritoꝛiã tabernã diuersoꝛũ:atq; hospitiũ mercenariũ vocamus/quo cuiq; introire licet dãti mercedẽ: nã mereri/mercede operari: laboꝛare atq; alteri inseruire est:ideoq; mereri in militia est exerceri:ppꝛie tñ spe stipendij:ac premij: qõ ꝺ stipẽdia facere. Hinc meretrices dicte:suã ⁊ ipse militiam exercẽtes:ac stipẽdia sua faciẽtes: ⁊ inde adiectiuum meritoꝛius meritoꝛia meritoꝛium. vnde scoꝛta masculꝛa: pueri meritoꝛij vocant:

Taberna meritoria. Mereri. Stipendia facere.

Mere-trix.
nam puelle non vocantur meritorie. Quippe pp̃riũ suũ habẽtes nomẽ/ qđ est meretrix.

Merito rij pueri
Quidã aiunt hos pueros dici catamitos: qđ mihi nõ videt: sed potius cõcubinos: meritorij nãq; vt meretrices pretio merent. Cice. in

Inge-nui.
Antoniũ. Ingenui pueri cũ meritoriis: scorta cũ matribusfamilias versabant ingenuos

Mãgo.
liberos dixit. Meritorios ergo non liberos: quos mango: q̃ ideo hoies mercat: vt vẽdat:

& ratio merito-ria dict
cõmodare etiã abutendos pretio solet: siue illi dño: ũ permissu: aut ipsi suo iure prostant. appellamus corpus meritoriũ tã puerũ meritoriũ: q̃ meretricẽ: rationem quoq; meritoriam quasi vilem: & male coemptam.

vilis et male ce-pta.
¶ Epitome capitis. ccxciij.

¶ Infensus vehementer iratus: quasi multum offensus. Infestus vim interẽs: & ita multum molestus: vnde infestare: quo frequenti9 q̃ molestare vtuntur docti.

Infens9 Infest9.
¶ Infensus & infestus. Cap̃. ccxciij.

Infesto
Infensus vehementer iratus:: & odiũ gerẽs: infestus vehemẽter molestus: atq; in aduersum vadẽs. Inde infestare: incursib9 crebris molestia afficere: & signa infesta: q̃ in aduersum tendunt: hoc est vexilla in hostẽ eũtia: vt molestiã inferãt. Molestare aũt rari9 reperit/ q̃ infestare: Modestinus iurisc̃onsultus ait. Ab Aurelio Sẽpronio fratre meo: neminẽ molestari volo.

¶ Cice. Dolebã tudices & acerbe ferebã: si hui9 sal9 ob eã ip sam cau sam esset ifestior: q̃ is meã salutẽ at q̃ vitam sua bene uolẽtia presidia custodiaq; texisset.
¶ Epitome capitis. ccxciiij.

¶ Presens dicitur non solũ qđ nũc adest: sed qđ pri9 adfuit: aut qđ aderit: vnde vsus sum: vtor & vtar presentib9 viribus meis in prelio. Presens aliq̃ impresentiarũ est. Presens itẽ subitũ & non dilatũ in alterũ tẽpus: et qđ cito erit in opus suũ quasi presentaneũ. Unde et prestãs dicit cito auxilians. In rẽ aũt presentem/ locũ non tempus cõnotat. Ad tẽpus vero/ aut pro oportunitate: aut vsq; ad certum tẽpus intelligit. ¶ Pro cito auxiliante quasi presens numen habente dicit. Uergi. in Buco. Nec tã p̃sentes alibi cognoscere deos.

Presẽs.
¶ Presens. Cap̃. ccxciiij.

In presentiarum.
Presens nõ modo qđ est huius tpis sed etiã alteri9: vt Cice. Ego in columitati ciuiũ primũ & postea dignitati: ille presenti potius dignitati: q̃ future consulebat. De mortuo loquitur. Ergo non nunc presenti: sed tunc. Quintili an9 de ipso Cicerone iam defuncto loquens ait. Postea vero q̃ triũuirali p̃scriptione cõsumptus est: passim q̃ oderant qui inuidebãt: qui emulabantur: adulatores etiã presentis potẽtie nõ responsurũ inuaserũt: presentis potentie: que tũc erat presens. Neq; in preteritũ modo: verũetiã in futurũ: vt Horat. Pleraq; differat: & presens in tẽpus omittat. Hoc amet: hoc spernat promissi carminis autor. In presens. i. in suũ tẽpus: vt dixi: & q̃n tẽpus rei dicende aderit: nisi accipiatur pro impresentiarum: vt idem. ij. carminum. Letus in presens animus: quod vltra est oderit curare: & amara lẽto Temperet risu: nihil est ab omni parte beatum. Presens quoq; dicitur subitus: & nõ dilatus in alterũ tempus: vt Uerg. Presentemq; viris intentãt omnia mortem. Iuuena. Pena tamẽ presens. Et presens vitio: vnde presentissimũ periculũ: & presentissima medicina: & presentissimũ remediũ: presentissimum venenũ: qđ etiam presentaneum vocatur. presentissimũ: qi statim aut sanat aut occidit. Et q̃m ea que presentẽ vim effectũq; exhibent: prestãtiora: ac potẽtiora ceteris vident: ideo in hũc quoq; sensum accipi solet: vt presens animus dicitur prestans: atq; excellens. Et presens remediũ: presensq; virtus. i. potẽs & in primis efficax. In rẽ presentẽ: non tẽpus: sed locum significat: vt Cic. li. j. offi. Ut si constitueris cuipiã te in rẽ presentẽ esse venturũ. i. ad locũ: de q̃ ꝓtrouersia est. Liui. lib. xxxviij. Responderi legatis vtriusq; partis placuit: missuros se in Aphricã: qui inter populũ Carthaginensem: & regem in re presenti discepta-rent. Idẽ li. xlviij. Eodẽ anno inter populum Carthaginensem: & regem Masinissam in re presenti disceptatores Romani de agro fuerunt. Ualerius maxi. lib. vij. Quintius Fab. Labeo arbiter a senatu finium cõstituendoꝝ inter Nolanos & Neapolitanos datus: quum in rẽ presentẽ venisset vtroq; separatim monuit. Ad tẽpus duobus modis sumitur: vno ad conditionẽ tẽporis: necessitatẽ: oportunitatem. Cicero pro Milone q̃ ad tempus apte simulationes. Quinti. Fingere nimirũ ad tẽpus videbor:: & rem nimiũ manifestam impudenter cõplorare. Altero ad spatiũ temporis vt silebo ad annũ: latebo ad tẽpus. i. vsq; ad annum & vsq; ad tẽpus quoddam: vt Quint. Optimũ emẽdandi genus si scripta in aliqđ tempus reponant: vt ad ea post interuallum velut noua: atq; aliena redeam9. i. vsq; ad aliquod tẽpus. Haz sepe subintelligitur vsq;: vt idẽ neq; id veterib9 Romanis dedecori fuit: argumentũ est sacerdotũ nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio. i. vsq; ad hoc tempus.

Inter p̃sentem.

Ad tps.

Usq;.

¶ Epitome capitis. ccxcv.

¶ Stultus q̃ improuide agit: licet insipiens plane nõ sit. Fatuus plane insipiẽs est. Stolidus ad naturã pecudũ accedẽs. ¶ Stultus ab alijs dicit/ qui alicui rei nimiũ studet & ita imprudẽter agit: vt q̃ mercationi rerũ inutilium aut amoribus nimiũ intẽdit. Fatuus nõ a fatua: sed a fando: vt fatu9 et fatua ab alijs deducitur: q̃ plus equo & incõsyderate fatur. Stolidus q̃ stupore pecuino corripitur: ita vt tardius intelligat. Simo Terentianus. Uix tandem sensi stolidus.

¶ Stultus: fatuus: & stolidus. Cap̃. ccxcv.

Stultus qui imprudens est: et improuidus: multiq; nõ insipientes homines aliquando stulte agunt. Fatuus plane insipiens est: tractum est à sapore ciborum. & A fanatta et homo qui non sapit; fatuus vocatur. quidam

Stult9:

derina ri dicunt quasi fari nesciens.

Martia. Ut sapiāt fatue fabroꝝ prādia bete. O quā sepe petet vina piperq; coquus. Melior huius vocabuli videt hec cā: q̄ ea q̄ quibusdā placet fatuos dictos q̄ furore quodā: quali vror regis Fauni Fatua nomine corripi solebat: futura predicunt: vt illa faciebat.

Fatuus

Stolidꝰ

Stolidus est: qui proxime accedit ad naturam sensumq; pecudum.

¶ Epitome capitis. ccxcvj.

¶ Beatus dicit bene habēs: ea vcz oia q̄ ad vite vsum ornamentūq; spectant/ vnde z alia res: vt vox abūdans z ois numeros suos habens beata dicitur. Beati quoq; sunt superi: qui ijdē felices. ¶ Sed de hac re latius Mancinellus ex Beroaldo colligit dicēs. Beatus proprie q̄ dici possit a Sene. a Mar. Tul. ab Horatio ab alijs plurib⁹ docemur. Seneca eñ epka. j. li. vj. ita scribit. Si vtiq; vis verboꝝ ambiguitates deducere: hoc nos doce: beatū nō eū esse: quē vulgꝰ appellat ad quē pecunia magna cōfluxit. Sed illū cui bonū omne in aio est erectū: z excisum: z mirabilia calcantem: qui neminē videt cū quo se cōmutatū velit: q̄ hoiem ea sola parte existimat: qua homo est: q̄ natura magistra vtit: ad illius leges cōponit: sic viuit qūo illa prescripsit. Cui bona sua nulla vis excutit: q̄ mala in bonū cōuertit: certus iudicij: incōcussus: intrepidꝰ. quē nec aliqua vis mouet: nulla perturbat: quē fortuna quū in eū qd̄ habuit telū nocentissimū vi maxima intorsit: pūgit: nō vulnerat: z hoc raro. Nā cetera eiꝰ tela quibꝰ genꝰ humanū debellat: grandinis more dissultāt: q̄ incussa tectis sine vllo habitatoris incōmodo crepitat: ac soluit. Apuleiꝰ etiā in lib. de philosophia sic ait. verū enimuero illū oib⁹ beatū videri: cui z bona suppetūt/ z quē admodū carere vitijs debeat callet. Et. M. Tulli. lib. v. tusc. ita scribit. Videam⁹ q̄ dicēdi sunt beati: equidē hos existimo. q̄ sint in bonis/ nullo adiuncto malo. Horatiꝰ xvo li. j. epistolarū ad Quintiū inqt. Neue putes aliū sapiente: bonoq; btm̄.

Mancinellus.

Beatus

¶ Beatus: felix. Cap. ccxcvj.

Beatus

Beatus qui rebꝰ oib⁹ ad vite vsum: ornatūq; spectātibꝰ abūdat. Ideoq; locupletes sane homines beatos vocamus. vt apud Juuenalē. Uetule vesica btē. z Lice. Sint florētes sint beati. Et alibi. Crotoniate quōdā: quū florerēt oibus copijs: z in Italia quū in primis beati nominarentur. Unde apud inferos in elisijs campis beati vocantur: z a nobis qui apud superos viuunt: vt pene ijdem sint felices: z beati. Felicitas ac beatitudo: felices inquam omnium bonorum cōpotes. Sunt z alie res pro sua queq; natura beate felicesq;: veluti de voce apud Quin. Ornata erit pronuntiatio cui suffragatur vox facilis magna: beata: flexibilis: firma: dulcis: durabilis: clara: pura: secās aera: auribus sedēs. beata dixit pro eo qd̄ est plena z perfecta: z alibi. Nam vocis quantam in nullo cognoui felicitas.

Felix.

Vox btā i. plena.

¶ Epitome capitis. ccxcvij.

¶ Mollicies pro rerum qualitate laudi/ aut vitio datur. Nam mollis homo vituperatur: molle signum laudatur: quasi flexibile z viuā effigiem habens. Est autē signum fusa/ sculpta/ aut celata effigies. Tabula q̄ picta est.

¶ Mollis homo: molle opus. Cap. ccxcvij.

Mollis homo z nē.

Mollis homo dicitur et molle opus hoc in laudem: illud in vituperatio. Uerg. India mittit ebur molles opus. sua thura Sabei. Idem. Excudēt alij spirantia mollius era. Credo equidē viuos ducēt de marmore vultꝰ. Mō nō sine ratione factū est. Nā qui non fuerit seuerus: fortis: z constās: z in more rei dure patiens resistēsq; fortune: vel aduerse: vel blāde: hic mollis est: similis cere: aut tenellis plantis: quum presertim: q̄ mollicula mēbra habēt: fere molli sint mēte: vt pueri femineq;. Contra autem milites naute agricole: vt corpore: ita animo indurati putantur. Hoc igit modo mollis accipitur in vitiū. In laudē vero: q; vt durus cibus: durū cubile: durum solū: ita durū ingenij: veluti durus equus ad domandū: durū ingentū ad docendū z (vt sic dicā) scalpendū: molli ea eadē ratione molle dicetur: qō nō est durum: eritq; laudabile. Quin. de signis loquēs: inquit. Illius opera duriora: huiꝰ molliora. Dicuntur aūt signa opera sculptilia: siue fusilia: siue cetera eiusmodi ad effigiē animaliū fabricata: quemadmodū tabule opera pictorū. Si quidem in tabulis antiqui pingebant: nō in parietibus: hec talia magis dicentur mollia: que fiunt: q̄ ingenium qō facit.

Uergil. Quid nemora ethiopū molli ca nentia lana.

Signa.

Tabule

Crudus

¶ Epitome capitis. ccxcviij.

¶ Crudus cibus: nō coctus dr. Crudus homo qui cibū difficulter digestibilē comedit: aut q̄ nondū digestū habet. Item qui ex hoc truci aspectu est. Preterea crudum dicitur recens: et non maturum.

¶ Crudus. Cap. ccxcviij.

Crudus vocat: nō q̄ cibū indigestū habet i stomacho: sed q̄ egre: difficileq; digestibilē: z a quo offendit: vel rāq; nimio: vel tanq; nocio: vt Cic. de Roscio. Qui in cenam nō ventret: q; esset crudior. Et Quin. Crudo oratori declamādū nō putat. At cibo indigesto fere z oramus: et negotia agimus: vel magis q̄ digesto. Siquidem digesto: z modificato cibo itez refici malum⁹ q̄ cetera facere. Appellam⁹ aūt hoiem crudū: p̄sertim q̄ est truci aspectu q; eiꝰ aspectu oculi nostri offendunt: vt stomachus cruditate cibi: vel q; facies crudū habētis aium insuauis: z feda est: vt facies crudū stomachū habētis: siue crudū cibū i stomacho. Est etiā crudū idē qō recēs. Unde crudꝰ dolor: crudū vulnꝰ: z recrudescere dolor/ te vulnꝰ dicit: q̄si renouari. Et cruda poma dicimus: q̄ nō sunt matura. vt Cic. Poma q̄ cruda sunt vi auellūtur: que autē matura z cocta decidunt.

✠ iuue. et crudū pauonē i balnea portas.

¶ Epitome capitis. ccxcix.

¶ In diē viuere non est curare de crastino: quasi ad presentē dūtaxat diē cogitare: ac si

nō sit alius futurus. Jn dies est quotidie: sed petit dictionē incremēti: cum qua et sine qua quotidie ponimus: sed cū discrimine. Nā vt quotidie plures moriant: satis est si heri q̄nq̄ hodie sex mortui sunt: vt cras septē moriantur: at vt indies / aut singulos dies necesse est si heri q̄nq̄ mortui sunt: hodie moriātur sex: cras octo: perēdie. xj. ⁊c. Et sicut in diem ⁊ in dies differūt: ita in horā ⁊ in horas. Propediē. i. statim quasi prope sit dies. Propemodū. i. pene: quasi prope sit modus qui exigitur.

¶ Jn diē / in dies / in horā: ⁊ in horas quib⁹ verbis iūgunt. Cap. ccxcix.

Jn diē. Jn dies

A diē aliud multo est: q̄s in dies: illud plerūq̄ cū hoc verbo viuit iungit: vt Quint. Non vt fere volucres pūtis modo cibi memores in diē viuūt. Duratur⁹ hyemi reponit victu⁹ aliq̄n: sed raro cū alio iungit verbo: vt Sallu. Panē in diem mercari. q. d. pūtis diei habere rationē: nihilq̄ cogitare de crastino. Jn dies idē est q̄ quotidie: sed ꝓprie cū quodā incremento. Jdeoq̄ plerūq̄ cū cōparatiuo: vt quū i dies malū arcti⁹ premeret. Et quū in vrbe infinitū malū serperet: idq̄ manaret i dies lati⁹. Etiā sine cōparatiuo: sed tñ p verbū significās incremētū: vt Liuius. Crescēte in dies multitudine: q̄ nō liceret dicere ꝛcurrēte in dies multitudine: sz quotidie: aut in dies magis: quū tñ liceat superiora exēpla dicere: p quotidie: quū quotidie malū arcti⁹ premeret: et quū in vrbe infinitū malum serperet: idq̄ manaret quotidie lati⁹ ⁊ p in singulos dies: vt Cic. ad Atticū. Quotidie vel poti⁹ in dies singulos breuiores literas ad te mitto. i. non mō quotidie breuiores: sed etiā in dies. Nam he quotidiane lre sunt breuiores his quas antea mittere solebā: q̄ poterāt esse oēs pari breuitate. Atqui he quas in dies singulos: siue in dies mitto breuiores tales sunt / vt hodierne sint breuiores hesternis: et crastine hodiernis: et perēdine crastinis ⁊ ita assidue. Et pestilētia in dies fit maior: ⁊ quotidie fit maior. Sic pos sunt videri hec duo differre: q̄ in hoc possunt hodie super numerū hesternū decessisse quatuor: quū heri decesserint decē supra numerū eo⁹ / q̄ decesserāt nudiustertio⁹. Non ita in illo vbi vltim⁹ q̄sq̄ dies maxime increscit: vt si nudiustertius decesserint duodecim: heri quatuordecim: hodie necesse est decedāt saltē decē ⁊ septē / cras saltē vn⁹ ⁊ viginti pendie saltē sex ⁊ viginti. Eādē differētiā habēt in horā ⁊ in horas: q̄s in diē ⁊ in dies. Cic. in Philip.

Jn horā Jn horas. Hec q̄ in horā viuūt: nō mō de fortunis: ⁊ bonis ciuiū: sed ne de vtilitate q̄dē sua cogitauerūt. Uerg. Gallo cui⁹ amor tm̄ mihi crescit in horas. Quātū vere nouo viridis se subiicit alnus. Si q̄s aūt in dies ⁊ in horas: siue in dies singulos: ⁊ in horas singulas: sine illa exacta ratiōe incremēti accipere velit: nō denegādū sibi saluū affuturū q̄n hoc fiet. Cice. Et pūs ꝓpediē. vt spero: ⁊ cēhic cō dū aberis: absens loquar. Eeodēmodo quo dicimus ꝓpemodū: quasi prope mensurā: q̄s accipit ꝓ pene: siue prope quū est aduerbiū.

Propediē. Propemodū.

¶ Finis quarti libri cū eius explanatione.

¶ Eiusdē Jodoci Badij Ascēsij in proemiū quinti libri epitome.

Epitome i q̄ntū libri. Exire.

¶ Qm̄ ꝓ triēnalē occupationē / atq̄ peregrinationē a literis abstract⁹: filie. i. editioni sue dotē. i. accessionē variarū eruditionū cōparare non potuit: neq̄ si potuerit: operepretiū se facturū norit: quū copia sepe nauseā pariat: ⁊ nō formosa satis cēseat: q̄ cū pregrādis dos exigit. Constituit filiā sex talentis dotatā nuptui dare. i. editionē hāc sex libris locupletatā emittere: pīsertim cū exigere gestiat: ne forte vel absente patre / vel mortuo ꝓstet filia: id est ne direptioni pateat diutina lucubratio. h. d. ¶ Ceterū ne q̄d lateat: sciem⁹ op⁹ ab authore edi: atq̄ emitti: sed spōte: aut p se exire. Persi⁹. Si q̄d tñ apti⁹ exit. Ordo aūt in principio est. Terti⁹ ⁊ prope quart⁹ annus agit iā mihi pegrināti semp ⁊ volitāti p oīa maria et terras: ⁊ experto etiā militiā estate ꝓxima: et q̄dē tota. Uñ nō legā totā militiā ſz tota estate. Usus est aūt in tēpore cōtinuo abitō iuxta sniam suā prius visam. Quid putā dū est vniuersa defuisse sup. q̄stū incommodi attulerit? Ad studia respexim⁹: q̄si cōmiserātes ac dolētes. Jacturā. i. amissionē: tractū a iactura nauigātiū. Dic mihi musa ⁊c. Sic trāstulit Horati⁹ in de arte poe. Dotē filie. i. doctrinā operis hui⁹. Proci sunt qui cōiugē petūt. Alios magis incipit amare q̄s patrē. Alludit ad filias adultas: que virū expetunt. Qd dij omē auertāt: honesta parēthesis ex more antiquorū sumpta. Maro enei. ij. Qd dij prius omē in ipsum cōuertāt: virgo presertim virginē dicit: quia alibi nihil ab alijs prelibatū se assumere fatetur. Sanctitatēvroris. i. integritatē doctrine. Reliqua nota sunt.

Proci q̄ sunt.

Laurētij Vallēsis libri elegātiar⁹ lingue latine q̄nti Proemiū.

Negotia excusat.

Certius tā mihi et ꝓpe quartus ann⁹ agit peregrinanti semp: ⁊ per oia maria terrasq̄ volitāti: prima etiā estate: ⁊ quidē tota militiā experto: q̄d vtrū honestiore / an magis necessaria cā fecerim: haud equidē scio. Illud tñ vel me nō affirmatiue indubitatū cūctis esse non ambigo: q̄ maxima atq̄ adeo sola studior⁹ presidia sunt: ea mihi oīa defuisse: literator⁹ consuetudinē: librorū copiā: loci opportunitatē: tēporis otiū: ipsam postremo animi vacuitatē. Quorū singula quū plurimū incōmoditatis afferāt / cū desunt: q̄d tādē putādū est vniuersa fecisse? tametsi repugnantim⁹ assidue: et quoad licuit necessitatib⁹ reluctati sumu⁹. Interq̄ nauigādū: peregrinādū: militādū: frequēter ad studia respexim⁹: ita vt si nihil lucri in literis (q̄d optabamus) certe (q̄d ꝓmū est) nihil dāni facerem⁹: q̄d si nō contigit: iactura hanc

Multa vidisse prodest.

multarũ rerũ notitia/quas vel vidim⁹: vel sumus experti fortasse pẽsabim⁹. Hac eñ precipue via Homerus informãdũ esse virũ sapiẽ tẽ precipit Ulyssis exẽplo. Ita nãq; Odisseã inchoat. Dic mihi musa virũ capte post tẽpora Troie. Aut mores hoim multoꝝ vidit ⁊ vrbes. Quanq; q̃d tergiuersamur quid blãda: aut inani excusatiõe nos fallim⁹? qualescũq; redierim⁹/ nihil tñ quo dotẽ filie tã me absente adulte ampliare queam⁹/attulim⁹: ⁊ collocãdi tã tẽpus est/satiusq; multo q̃ primũ nuptui dare: q̃ diuti⁹ custodiẽdo pudicitie periculũ adire. Mira eñ est puelle: vel ꝓcoꝝ: vel amatorũ multitudo. Ipsa quoq; teneri amplius nõ vult. Et (qđ me valde sollicitũ facit) alios magis incipit amare/q̃ patrẽ. Quare nõ vacat cõparare plura: quo splẽdidius/ ac magnificẽtius collocem⁹. Sex nãq; talẽta: q̃ ante pfectionẽ nostrã parta: ac reposita erãt: in dotẽ dabim⁹. Qđ quũ satis esse debeat: tñ multo plus est qđ posthac tẽporis accessione adijcere possem⁹/ ⁊ certe similia impedimẽta (vt de morte taceã) extimescẽda sunt: ne forte (qđ dij omẽ auertãt) vel absente pfe: vel mortuo: filia (vt q̃ ea etate: atq; adeo ea mẽte sit) pslet. Sufficiãt igit̃ huic operi quatuor superiora volumina: quintũq; hoc de verbis: accedẽte sexto de notis authoꝝ. Qđ si etiã plura scribendi facultas tẽpusue suppeteret: nescio an faciẽdũ putarẽ: quũ sciam: ea que vel optima atq; pulcherrima sunt: nisi cõpẽdij gratia inuenit: vt põtificales olim cene: lõgitudinis fastidio laborare: simulq; hui⁹/ de qua loquor materie neminẽ (de prudẽtib⁹ loquor) vniuersum corpus aggredi esse ausum: nam suã sibi vnusquisq; particulã ad scribendũ delegit: siue ne lõgiore opere legentib⁹ fastidiũ moueret. (Qđ eñ vocabulũ nõ suã habet in significãdo elegãtiã) siue immensitatẽ infinitatẽq; voluminũ verit⁹. Quib⁹ rebus me quoq; motũ fuisse fateor: cũ mea sponte: tũ illoꝝ exẽplo maxime: ne semp imperfectũ/ ne semp inclusum habere: ne semp efflagitãtib⁹ opus negare videamur: neve quib⁹ obsequi: ⁊ a quibus laudũ suffragia nanciscj cupimus eisdẽ iuste querele/iusteq; vituperationis materiã prebeamus. Tũ eo q̃ insidiatores/ ⁊ fures re expert⁹ (vt. ij. lib. dixi) cauere debeo quos nunc multoplures esse: ac fore amici ostẽdunt: q̃ cã Prisciano (vt ipse testat̃) fuit: vt festinãti⁹ op⁹ illud de arte grãmatica ederet: hac eadẽ nos cã: ⁊ ceteris quas enumerauim⁹: sumus adacti/ nõ mõ vt festinãtius libros nostros verũ etiã vt pauciores ederem⁹. Et illi tñ emuloꝝ insidie nocebãt: mihi etiã preter cetera fautorũ: atq; amãtiũ studia nocẽt. Tradat̃ ergo alt q̃ viro puella/ contẽta hac (quãtulacũq; est) dote. Nõ eñ formosam esse credibile est: q̃ maritũ/ nisi magnitudine dotis cõciliãte nõ inuenerit: virgo pesertim. Maritũ aũt puellecetũ literatoꝝ intelligimus: ⁊ quo sanctitatẽ vroris/ pudorẽq;/ ⁊ custoditũ esse cupimus: ⁊ custodirj debere testamur; sed ad promissam

Ulyssis exemplo vir sapiens iformãdus.

editionẽ hãc graphice filiãvocat

Cur editionem maturet

verborũ disputationẽ (cuj⁹ hoc libro loc⁹ est) descẽdam⁹. ¶ Epitome capitis. ccc.

¶ Disco: vt sciã ⁊ intelligã. Ediſco: vt memoriter sciã: qđ inepti dicũt cordeten⁹ scire. Dediſco. i. non esse vt didisci disco. Sicut dedoceo ꝓtrariũ doceo aũt nõ esse qđ ego aut alj⁹ docuit doceo. Instruere aũt pro eo qđ est docere in vsu peritorũ non est: sed pro eo qđ est disponere ad exercitiũ aliquod.

¶ Disco: ediſco: dediſco: dedocco ⁊ instruo. Cap. ccc.

Disco ⁊ ediſco manifeste differũt. Nã discere est vt intelligas. Ediſcere vero vt memoriter cõplectaris. Jõq; caput apud Quinti. qđ inscribitur de ediſcẽdo: ita incipit. Illud ex cõsuetudine mutãdũ prorsus existimo in his: de qb⁹ nunc disserim⁹ etatib⁹: ne oia q̃ scripserint ediſcãt: ⁊ certa vt moris est die dicant. Dediſco/ qđ di dici obliuiscor. Dedoceo te: qđ doct⁹ es oñdo falsuz esse: docẽs qđ verũ est: vt apud eũdẽ in ij. Et q̃dẽ pri⁹ ac difficili⁹ opus dedocendi q̃ docendi: illud quo q̃dã vtunt̃. Instruo quale est. Instruam te in via hac qua gradieris: nobis apud idoneos authores incompertũ est. Dicimus eñ instruo classem: instruo aciem: instruo causam: instruo militẽ: nõ aũt discipulũ aut mẽtẽ alicuj⁹: nisi eo mõ quo instruim⁹ ea que dixi. ¶ Epitome capitis. cccj.

¶ Excogitare est inuenire ꝓsilio ⁊ cogitatione ꝓprie ad res incorporeas. Reperire casu ⁊ fortuna: inuenire vtroq; mõ: et tã ad res corporeas q̃ incorporeas. Offendere aut reuertẽdo quasi in via vt lapidẽ preter spẽ inuenire: aut etiam aliter inuenire: aut etiam aliter. ¶ Reperio autẽ: qđ venit a pario: videt̃ ex natura studiũ ⁊ laborẽ poscere. Vñ raro vbi a casu inuenire significaret reperit̃. Sũt aũt q̃ inuenire dicãt rẽ nouã: reperire prius habitã: a qua dña natura vocabuloꝝ non abhorret.

¶ Excogito: reperio: inuenio: offendo: nactus sum. Cap. cccj.

Excogitare est p cogitationẽ inuenire: idq; ad res tñ incorporeas pertinet: vt excogitaui argumẽta: rationes: figuras: causas. Est igit̃ excogitare ⁊ inuenire cõsilij: reperire vero fortune: vt Qui. Tu nõ inuẽta reperta es: sed iã vsus obtinuit: vt idẽ sit reperio: qđ inuenio. Est autẽ inuenire vel cõsilio: vel casu: siue corporea: siue incorporea reperire. Offendo fere qđ reperio: neq; solũ reuertẽdo: ⁊ ad statũ rerũ vel priuatarũ: vel publicarũ ptinet: vt offendes rẽpu. pturbatã consiliis nepotis mei: verũ etiã sine his: vt idẽ Cic. Sed tñ neminẽ tã malefi cũ offendi: q̃ illũ negaret Antonij dignũ senatu. Nact⁹ sum etiã p inuenj: siue reperi frequẽter accipit̃: vt idẽ in Paradoxis. Eum tu hoiem terreto: si quẽ nact⁹ eris istis mortis/ aut exilij minis. Et de senectute. Vitis q̃dẽ q̃ natura caduca est: ⁊ nisi fulta est fert̃ ad terrã: eadẽ vt se erigat/ clauiculis quasi manibus: quicquid est nacta complectitur.

Excogito. Reperio inuenio. Offẽdo.

Nactus sum.

¶ Epitome capitis.cccij.

¶ Desipisco/aut desipio est male sapio/vbi bñ saput:et asensu meo destituor: resipio aut resipisco sensum:ac sapientiã meã recupero.

¶ Desipio:desipisco:et resipisco. Cap.cccij.

Desipio siue desipisco significat: vel q̃ aliquid a cõmuni sensu/sapiẽtiaq̃ min⁹ habeo: vel q̃ a meo sensu destituor: qd̃ fere vitiũ: aut ex etate venit: aut ex morbo: aut ex amore: aut timore: aut simili aliquo affectu:cuius cõtrariũ est resipiscere:ꝛ senes quidem iam dementes nunq̃ resipiscunt. Ceteri autem resipiscere.i.ad priorẽ mentis statũ: vel ad meliorẽ mentẽ redire solent. Terent. Multo olim nũc me fortunatissimũ puto esse gnate:quũ te intelligo resipuisse.

¶ Epitome capitis.ccciij.

¶ Prohibere est vetare ante inceptionẽ: ꝛ re incepta:ne videlicet q̃d incipias:aut ne inceptum perficias. Inhibere tm̃ de re incepta/ ne eam perficias.

¶ Prohibeo:inhibeo. Cap.ccciij.

Prohibeo vel generale nomẽ est:vel ante rem inceptã. Inhibeo autẽ re iam incepta. Illud vetat ne q̃d facias:vel ne q̃d incipias hoc ne pergas ire:desistaq̃ ab incepto. Vergil. Quod genus hoc hoim:q̃ ve hunc tam barbara morem. Permittit patria: hospitio prohibemur harene. Idẽ. Parcite iam Rutuli: et vos tela inhibete. Latini.

¶ Epitome capitis.ccciiij.

¶ Utimur reb⁹ ad aliud per eas obtinẽdum Fruimur ipsis propter se: ad delectationem quam habemus in ipsis:sed dicimus nos vti interdũ rebus a quibus verosimilius est nos frui propter honestatẽ:vtimur autẽ personis: qñ cum eis cõuersamur non solum qñ earum opera vtimur. Fretũ esse est quasi confisum ꝛ munitum esse. Usus aũt pro vtilitate capitur. Fungimur autẽ officio qñ ipsum agim⁹. Defuncti autẽ sumus officio/aut vita: quũ hoc vel hanc depleuimus: nec amplius agimus. Potimur autẽ re quã per laborẽ obtinuim⁹. Contra id aũt qd̃ fruitum dicit in vsu nõ esse et tm̃ duo supina a fruor ponit/dicit Manci nellus sic. ¶ Fruitus ꝛ Caper grãmaticus: ꝛ alii vsi sunt. Ait autẽ Caper:fruitus sum illa re. Ueteres vir dixerunt fruitus sum illã rem. Gellius aũt lib.xvij.ca.ij.refert Neuiũ dixisse:qui non parsit apud se: fruitus est:et Cice. lib.ij.Tuscu.fruiturũ dixit.vbi ait. consydereq̃ se fruiturum ꝛc. Ceterũ fruor etiam fructus sum facit. Cicero enim in Hortensio inquit:vt amenitate summa fructus est. Quod quidem Priscia.lib.x.asserit.

¶ Utor:fruor:fungor:ꝛ defungor. Ca.ccciiij.

Tor ꝛ fruor aperte differũt:ꝛ nõ ea ratione qua quidã volunt: oia sua imperitia confundentes: qui aiunt vti nos humanis:frui vero diuinis. imo et diuinis vtimur: et humanis fruimur.

Desipi-scere.

Prohibe infandos a nauibus ignes.

Prohibeo. inhibeo Manci.

Vti. Frui.

Quis em̃ mihi vsum diuinorum interdicat? Quis rursus vetet me frui rebus meis: labore:ꝛ industria paratis? aut quis dicat me frui sacris:quũ in illoꝝ versor vsu atq̃ administratione? Uel q̃s neget:quũ voluptati operã do me frui his rebus:vnde capio voluptatẽ? Qõ si dicerẽt: debere nos frui rebus diuinis: vti vero humanis(quamq̃ ne in hoc quidẽ illis accedo)fortasse audirẽ. De rebus em̃ non de verbis disputarẽt. Nunc verbũ exponunt:nõ res. Sed hos cũ sua imperitia: et (qõ fedius est(cũ sua pertinacia relinquam⁹. Uti igit est alteri⁹ rei gratia:frui nullius:sed (vt sic dicã) propter se. In illo interest:in hoc meta:hoc alterius finis ad quẽ illud tendit: q̃ hoc habet: q̃desciit ꝛ cõtentus est:q̃ vtiꝫ:nunq̃ contentus est:semperq̃ vlteri⁹ tendit. Ideoq̃ reprehensus est Hannibal: q̃ quũ posset vti Canensi victoria:frui maluit. Utor armis: vtor domo: vtor libris: vtor studio: diligẽtia: operaq̃: vt ex hoc postea emolumẽti aliq̃d boniq̃ consequar. Fruor bõis meis:fruor tuo aspectu: tuo colloquio:tuo cãtu:hoc est delectationẽ: voluptatẽq̃ percipio ex hac re: atq̃ ex hui⁹ rei vsu. Nõnunq̃ eadẽ re duo pariter: hic vtitur ille fruitur:vt si alter ad focũ sedeat sanitatis causa:alioqui id nõ factur⁹: alter voluptatis: hic nõ tendit vltra sed apud finẽ ipm̃ q̃escit. Ille nõ cõtentus presenti cõditione:ad viteriora tendit: qualis Hãnibal si fuisset: nec tã pñti victoria requiescere q̃ progredi maluisset:nõ eũ Adherbal scire vincere sed victoria vti nescire dixisset.i.q̃ frui illa:q̃ vti maluerat. Dicim⁹ tm̃ nõnunq̃ vtimur pro fruimur: verecundie cuiusdã cã:vt vtor pane triticeo vtor palmulis:vtor ficis:quasi viuẽdi potius causa edam⁹:q̃ edẽdi causa viuam⁹. Deniq̃ frui est delectationẽ capere ex vtẽdo. Itaq̃ in idẽ recidũt idẽq̃ efficiũt frui: delectari: voluptatẽ capere:quo fit:vt nõ fuerit causa cur recentiores hoc solũ vocabulũ frui: vnde venit fruitio solis reb⁹ diuinis dare voluerint. Habet em̃ hoc verbũ duo supina: fruitũ et fretũ quoꝝ ꝑmũ vir i vsu est nisi apud eos:q̃ꝫ boꝝ nouitatib⁹ ꝛ gaudẽt:ꝛ gloriant. Scõm significat cõfisum vt fret⁹ fortasse familiaritate q̃ est ei tecũ:ausus est confiteri.adiungim⁹ etiã alterũ verbũ ad personã(de vtor dico) significatq̃ cõuersor:vt opera tua vtor. Idẽ. Cice. ad Celiũ. Fabio viro optimo:ꝛ hoie doctissimo familiarissime vtor. Et inde fit vsus/vt vsus fuit mihi tecũ.i.cõuersatio:familiaritas ꝛ cõsuetudo. Quin. Mulierẽ quũ qua lõga ꝓsuetudo seu lõgus illi fuerat vsus. Atq̃ q̃ solemus aliqua re ideo vti:vt ex ea fructũ percipiam⁹:factũ est:vt dicam⁹ vsum ꝓ vtilitate et fructu tã in singulari q̃ in plurali: quoꝝ exẽplorũ plena sunt oia. Fungor autẽ idẽ est qd̃ officiũ/munusq̃ ago/ vt fungor magistratu: fungor pretura:fungor legatione:fungor officio delegato:fungor munere iudicis. Fungor vero vita:q̃ fungor officio vite:ꝛ munere administrandi gubernaudiq̃ corpus: munere

Utor p-frui.

Fruitũ. Fretum Utor p-sona.

Fungor Usus.

inquã assignato nobis ab impatore deo. Inde defunct⁹ est vita. i. finiuit offm̃ vite. Uergi.

Defungor. ¶ O tandē magnis pelagi defuncte periclis.

Tit. Li. Defuncta morbis corpora salubriora esse incepere. Defunctus periculis: ꝙ finita sunt pericula: defuncta morbis corpora: ꝙ finiti sunt morbi copor̃. Legimus etiã defunctus morte. i. mortē finiuit. De potior autem dixi alio libro.

¶ Epitome capitis. cccv.

¶ Stare est nō ire/nec progredi in his dūtaxat q̃ carēt pedib⁹: aut q̃ erecta nō sunt: vt nauis: flumen: currus: sol: ius: forũ: anguis: pisces: lacertus (ꝛ auis in aere stāt. Stāt erecta etiã dum nondū ceciderunt vt arbor: simulachrũ: domus: colũna. Stāt preterea erecta: et nō euntia q̃ tñ ire pñt: vt homo: equus: volucris. Sedet aũt homo: ꝛ simia: ꝛ his similia si qua sunt ppria: aues aũt sedere est eas altiori loco esse: vt passeres sedēt dū in tecto sunt: et cornices: dū in arbore sunt ꝛc. nec stant proprie: licet crura erecta habeāt: sicut nec hō in equo stat: sed sedet. Sidere est descendere: ꝛ pessum ire ad capiendā sedē: vt aues ꝛ lim⁹ ac fer desidūt. Desido aũt ꝛ subsido a sido cōponunt. Sido itē cū cōpositis preteritū a sedeo in voce q̃dē mutuat. i. mutuo accipit. Et sicut sido a sedeo differt ita sisto a sto. Nã sistere nō est stare: sed cōtinere: ꝛ facere stare. sicut em̃ q̃ sistit nondū sedet: sed sedebit: ita q̃ cursum sisti nondū stat sed stabit. Utrūq; aũt tā in sto q̃ sto habet statū i supino: vñ Iuppiter stator: q: stare fecit popu. Roma. dict⁹ est: nō q: ipse stat. Sistere quoq; est representare: inde stator nuntius ac tabellarius consulis.

Sido. Sisto.

¶ Caleprinus tamen defendit statorem a stando dictum.

Stare. ¶ Sto: sedeo: sido: sisto: stator. Ca. cccv.

¶ Tarē tianū in Adel. Utinam hoc modo defū ctum.

STare est nō ire: in his dūtaxat q̃ eūt sine pedib⁹: aut q̃ erecta non sunt: vt nauis stat: flumē stat: currus stat: sol stat: vnde est solstitium et iustitiū: q: ius stat forūq; clausum est. Anguis etiã et piscis: ꝛ lacertus: ꝛ auis in aere stāt. Quedā edi uerso dicunt stare q̃ erecta sunt: quādiu nō cadunt. Sed hec fere sunt inanimata: vt arbor stat: simulachrũ stat: domus stat: colũna stat. Quedā vero nō dicunt stare: nisi hec eant: et

Sedere. erecta sint: vt hō: equus: volucrisq;: stat. Nāq; hō quū sedet: ꝛ equus quum recūbit: et auis quū cubat nō stant: nec tñ eunt. Illud tñ notandū aliter dici sedere de hoibus: aliter de auibus. Nã cetera nō sedēt: nisi simia: et si q̃d est simile. Ipsum vero sedere auiū est in loco altiori esse: vt passer sedet in tecto: hirūdo sedet in pertica: cornix sedet in arbore: nec recte dixeris stat in arbore: sed tali potius quodam modo: cornix stat: nō cubat. Uergi. Alitis in parue subitā cōuersa figurā. Que quō dam in bustis: aut culminibus desertis. Nocte sedens: serū canit importuna per vmbras. Quint. Ut si queraꝛ: aut sit credibile sup caput Valerij pugnātis sedisse coruū: q̃ os ocu-

loscq; hostis Galli: rostro atq; alis euerberaret. Deniq; eodē mō dr̃: auis sedere sup rē quā pia: vt hō super equū aut iumentū nō dr̃ stare aut manere: sed sedere quocūq; mō: aut quocūq; corpis habitu: gestuq; cōpositus sit: sidere aũt a sedere multum distat. Est em̃ sidere re/ deor: sum descēdere: pessumq; ire. Uerg. Sedibus optatis gemina sup arbore sidūt. i. ab alto demittit. nē: vnde desido: subsido: vt idem. Subsidere valles. Et iterū. Subsidit dubi⁹. Nã (vt ego sentio) a sedeo preteritū mutuat. Inde insido quoq; insedi: ꝛ resido resedi: assido assedi. Siquidē assidere est apud aliquē: vt egrotū: vt regē sedere. Quū em̃ Sallusti⁹ inqt. Cōsul postq; assedit: magis ab assido q̃ ab assideo preteritū hoc esse significatio pōt esse documēto. Ut aũt a sedeo distat: sido: ita a sto sisto: vt siste gradū: siste fugā: siste lachrymas. i. fac stare gradū: stare fugā: stare lachrymas: atq; vt illa superiora idē ptm̃ hñt: vel alterū ab altero mutuū sumit. ita hec duo idem supinū: vel sisto a sto: vel sto a sisto accipit: qđ est statū: vñ fit stator qđ magis a sisto: q̃ a sto descēdit: ob idq; Iuppiter stator vocatus est: qui Romulū orantē: vt fugā suoq; sisteret: auditit. Quare nescio cur Hieronym⁹ aduersus Iouinianū direrit: offendet Iouē statorem: q̃ libenter sederit quasi Iupiter stator a stando dicaꝛ: nō a sistēdo. Nimirū oblitus hi storie est: vt sup Ionā tabule: vbi ait ex Joppe Judee portu Andromedā a Perseo liberatā: in quo eor manifestus est error: qui quū legūt ꝙ Jonas surrexit: vt fugeret in Tharsis: ꝛ venit Joppē opinant hanc esse Andromede vrbem quū sit Indie ciuitas Tharsis: vnde illa fuit: vt ipse quoq; Hieronym⁹ meminit. Ouidius lib. j. de arte aman. Andromedē Perseus nigris portauit ab Indis. Et Sappho ad Phaonē. Candida si nō sum raputt Cepheia Perseum Andromede patrie fusca colore sue. Eadem obliuio eiusdem fuit ꝙ Gallos matris deū in Osee: ait esse ex gente Gallorum: qui a Romanis ob ignominiā illius nationis vindice animo effeminantur: quū a Grecis hoc anteavt tunc fuerit factitatum. Sistere etiã dicimus pro representare: ꝛ presentiā corporis exhibere. dictum ab eo ꝙ non tantū comparere quis debet: nisi ꝛ manserit. Unde de iudicio sisti: hoc est desistendo aliquem in iudicio. Cicero ad Atticum. Des operam id quod mihi affirmasti. vt te ante calendas Januarias vbicunq; erimus sistas. Et hinc stator: nuntius tabellariusve consulis. Idem de offi. lib. iij. Uas factus est alter eius sistendi: vt si ille non reuertisset: morien dū esset sibi. Uerg. Et patrio te limine sistam.

Gallj. Sisto. Stator. Lōple do.

¶ Epitome capitis. cccvj.

¶ Appetim⁹ cū affectu. Expetim⁹ cū ratiōe.

¶ Appeto: ꝛ expeto. Cap. cccvj.

Appeto Expeto Appeti tus.

APpeto cū affectu: expeto cū ratiōe. Appeto qualiacūq;. Expeto honesta: planeq; bona. Uñ de reb⁹ expetēdis scripsere philosophi q̃ scz peti

debet:nō aūt de appetēdis. Ex quo deriuat appetitus:q̄ immēsa ⁊ immoderata cupiditas dicit. Quare qui dixit. Dia bonū quodam appeterevidenť:mallē dixisset expetere.

¶Epitome capitis.cccvij.

¶Uendico est quasi approprio(vt sic dicam) et meum esse dico:regitq̄ fere datiuū pronominis primitiui. Uindico est vlciscor: vnde vindicta: aut ab iniuria contumeliaue defendo:aut libertatem/seruitutemve assero.

¶Uendico ⁊ vindico. Cap.cccvij.

Endico idē est quod(vt sic dicam) appropio:ac meū esse dico. Quintilia. Circo vsitatū nomen pene sibi vendicant:⁊ iterum. Rusticus petit partē bonorū:orator totū sibi vendicat:⁊ fere hoc verbū postulat datiuū:⁊ hunc frequentissime ex pronominib⁹ primitiuis:vt ego hūc agrū vēdico mihi:tu vēdicas tibi:frater vendicat sibi. Uindico vlciscor:/vnde vindicta: quoties iniuriā: contumeliāve illatā punio. Interdū vindico:id est qđ ab iniuria:contumeliave siue iactura faciēda defendo. Cicero pro. M. Marcello. Nobilissimamq̄ faminam tā ad paucos redactā pene ab interitu vindicasti. Idē de senectute. Et est senectus natura loquacior:ne ab oībus eam vitijs vitiosā ⁊ qñ dear vindicare:vitijs.i.vituperationib⁹: quē admodū criminibus pro criminationib⁹. Dicimus vindicare in libertatē: aut in seruitutem:quasi asserere in libertatē aut in seruitutem. Nō(vt quidā volūt) vendicare:vt Liui. lib.xxiij. Intermori vehementioribus q̄ quepati possit:remedijs ciuitatem sinere in ipsa vindicta libertatis peritura. Et in scdo. Indici pecunia ex erario libertas ⁊ ciuitas data. Ille primū dicit vindicta liberatus. Quidam vindicte quoq̄ nomē tractū ab illo putant. Uindicio ipsi nomen fuisse. Ego nescio an vendico reperiat:sed tantū vindico.

¶Epitome capitis.cccviij.

¶Explodo est manib⁹ eijcio cū sonitu ⁊ irrisione:est cūm cōtrariū ei⁹ qđ est applaudo. Cōplodo aūt est manus inuicē collido:aut ad testificationē aut pre gaudio:aut pre admiratione subita:aut cōsimili decausa. Supplodo est pedē in terram incutio:qđ in oratore interdum laudat. ¶Exibilatur illud Ciceronis: est cū sibilo eijcitur. Componit cūm ab extra ⁊ sibilo:sed post ⁊ auferri solet s litera:vt exulto pro exsulto:exors pro exsors.

¶Explodo: complodo:supplodo. C.cccviij.

Explodo non tantū significat eijcio sed etiam eijcio manibus:et quidē cū sono pulsantibus:qualiter quēpiaz e domo:e theatro:ex aliquo cōcilio intectione manuū:atq̄ pulsatione eijcimus:quod apparet ex alijs a plodo compositis:complodo:et supplodo. Est enim complodere aduersas manus inuicem collidere: qđ fieri pluribus de causis solet:vel ad testificandum more feminarum dolorem vel pre gaudio:vel per subitam admirationem:vel si que sunt alie cause. Supplodere est pedem terre incutere:quod interim solet in oratore laudari. Itaq̄ quum dicit Cicero. Quoniam Pyrrhonis:Aristonis:⁊ Herilli tamprē explosa sententia est:appositissimo vocabulo(vt semper)est vsus. Non enim dixit eiectam sententiam eo modo:quo cetera eijciūtur:sed quasi pulsatione manuum:tanq̄ ipsi illi huius sententie authores e cetu ab ipso cetu eiecti⁊ in eos manibus eiecti sint:vt apertius alio loco indicat. Historio si paulū se moueat extra numerum:aut si versus pronūtiatus est vna syllaba breuior:aut lōgior:exibilat:⁊ explodit.

Supplodo.

¶Epitome capitis.cccix.

¶Dicere est oratorū elegāter:⁊ ex arte loquētium. Inde dictio facūda:⁊ oratoria oratio. Sed prout dicere est quomodocūq̄ loqui venit dictio pro vocabulo. Dictio autē frequentatiuum est a dictio:sed illud accipitur p eo qđ est dico:⁊ pronūtio:vt alter accipiat:⁊ stylo:manuq̄ notet. Simili ratione a venio venitito:qđ est quasi frequēter venio:⁊ aduēto qđ est prorimum esse veniendo. Uictitare quoq̄ non est frequēter viuere sed vesci. Dicacitas autem est sermo cum risu aliquos incessens. Dictum autem est interdum idem qđ scōma grece:id est ridiculū:ac facetia cum irrisione amara ei in quem dicitur.

¶De dico ⁊ quibuscunq̄ deriuatis ab eo. Cap.cccix.

Dico. Dictio. Dicto. Dictito.

Dicere proprie est oratorum:⁊ eleganter:facūdeq̄ loquētiū. Quinti.libr.x. Nam mihi ne dicere quidem videt:nisi qui disposite:ornate:copioseq̄ dicit. Cicero de offi. Ut nō modo literarum grecarum rudes: sed etiam docti aliquantulū se arbitrentur adeptos:⁊ ad dicendum: et ad iudicandum.i.in oratoria arte ⁊ in philosophia. Dēs fere codices habent discendum pro dicendum: quod exemplū ideo subieci potissimum: vt vulgus emendarē. Unde dictio vocat oratoria ⁊ facūda oratio. Nam ab illo generali huius verbi significato fit dictio: que est vocabulum siue verbum. Ex hoc ipso verbo dico: duo verba frequentatiua oriunt:dicto ⁊ dictito. Sed posterius potius frequentatiuum est:et idē est qđ frequentibus temporibus/frequentibus quoq̄ locis ⁊ dico ⁊ narro. Alterum autē est: qđ dico si id alter scribens excipiat: et manu stylo⁊ notet:vt Cice.ad atticum in quadam epistola testatur se illam non scripsisse:sed reparandi lateris gratia obambulātē dictasse. Et Quinti. Delicias dictandi appellat: sentiens delicati: non laborioſi esse dictare: nec accurate dictādo scribi. Ita dicta sunt dicto: et dictito a dico:vt ventito et aduento a venio: et eadem pene ratione significant. Nam ventitat ⁊ est frequēter venire:aduentare vero prorsum tam esse veniēdo. Uictitare autem eodem modo dicitur:significatq̄ nō frequenter viuere:sed vesci:⁊ quasi victu vti:siue tali genere victus frequentissime ⁊ fere sem-

discrimē inter dicto ⁊ dictito.

Uētito. Aduento. Uictito.

per vti: vt Sarmate victitant lacte. Dictum ꝛ dicta de omni sermone intelligunt: sed speciale quoq; significationē habēt pro dicaci sermone: vnde dicta est dicacitas quā Quinti. ita diffinit. Dicacitas sine dubio a dicendo: q̄ ex omni genere communi dicta est: proprie tñ significat sermonē cū risu aliquos incessentē. Ideo Demosthenē vrbanū fuisse dicūt: dicacē negāt. Dicacitas igit (vt dicebā) sermo est cū risu aliquos incessens. Dictū vocat: qđ grece dicitur κομμα quale est Ciceronis. Nisi fortasse iure Germanū Cimber occidit. Germani quos Francos nunc dici Hieronym⁹ ait: ꝛ Cimbri nationes sunt olim inter se dissidentes. Cice. aūt de quodā: cui nomē erat Cimber a quo frater occisus est: loquitur: captans risum ex hac ipsa ambiguitate sermonis. Et illud Terētiani Thrasonis in adolescentulū: qđ Gnato vetus dictū credidisse se simulat. i. veterē facetiā / ac vetus ridiculū. Tute lepus es: ꝛ pulpamēt ū queris. Valerius Martialis ad Domitianū. Cōsueuere iocos vestri quoq; ferre triūphi. Materiā dictis nec pudet esse ducem. Qualia aūt sunt dicta / que in ipsum triūphantē milites iaculari solebant: illud qđ Cesari dictatori fuit decāratū erit exēplo. Cesar triūphat: qui subegit Gallias: ꝛ Nicomedes nō triūphat q̄ subegit Cesarē. Illud subegit / et Cesarē in quem dicit mordet: et alijs apud quos dicitur: risum mouet.

Dicta. Dicacitas. Dictum. Germani. Cimbri.

¶ Epitome capitis. cccx.

¶ Adorare est gestu corporis honorē etiā sine ore ꝛ voce impēdere. Supplicare licet a plico venit: fit etiā sine plicatione: sed nō sine voce. Unde homini tm̄ cōpetit. Adorare etiam brutis. Oram⁹ aūt ꝛ precamur viuētia: adoramus ꝛ salutamus etiā inanimata.

¶ Adoro ꝛ supplico. Cap. cccx.

Adoro. Supplico.

Adorare ab ore quod est ore precor cōponitur. Supplicare a plico: qđ genu / poplitēq; / aut ceruicē plicamus quū a potentiore aliquo magnū quid precamur: ꝛ tamē adorare sine ore: hoc est sine voce fit: non sine plicatione genuū / ꝛ gestu corporis. Supplicare sine plicatione genuū / ꝛ gestu corporis: nō sine ore: ac voce. Hinc est: quare supplicare tātum homini dak: adorare etiā mutis: vñ elephas ꝛ Phenix: et alia quedā irrationalia solē adorare dicunt. Nosq; rebus mutis / ꝛ sensu carentibus non supplicam⁹: sed adorationis honorē exhibem⁹: vt regū statuis: signis: vestibus: literis: aliisq; similib⁹: ꝛ precipue imaginibus / picturisq; tum dei: tum sanctorū: tum ipsius etiā crucis: quā sapiētes etiam adorant: stulti etiā orant. Qđ de cruce: idē etiam de sudario dico / ceterisq; similibus: idē de reliquijs sanctorum: quorum corpora presentia adoram⁹. Animas vero absentes oramus. Siquid aūt ad hec muta q̄ videm⁹ dicimus: salutatione vtimūr nō precatione: quale est. Salue sancta crux.

¶ Mar. qđ pi⁹ et suppler elephas te cesar adorat.

¶ Epitome capitis. cccxj.

¶ Assurgere est quouis modo se ad exhibendū alteri honorē erigere: vnde cū datiuo fere construitur.

¶ Assurgo. Cap. cccxj.

assurgo. ✠ Uerg. vtq; vir ro phebi chor⁹ assurrexit omnis.

Assurgūt sani vt stent: aut vt obuiā eant: assurgūt egroti: vt sedeāt: aut vt cubito innitant: vtroq; modo in alterius honorem: aut officij. aut beneuolētie causa hoc agētes. Ideoq; fere adiungitur datiuus: vt aduenienti magistratui oēs assurgim⁹ etiā morbo affecti: videlicet ob honorē: ꝛ pater quū taceret in lecto: redeūti a peregrina militia filio assurrexit / optatissimū illud caput amplexurus: nēpe ob charitatē.

¶ Epitome capitis. ccxrij.

¶ Sustuli est: aut habui seu genui filiū: aut educaui: aut submoui: aut sursum tuli. Tollere enim est educare ꝛ capere: atq; educere: vñ sustuli et tuli vtrunq; significat.

¶ Tollo. Cap. cccxij.

Tollo. Sustuli.

Stuli filium ex vxore: id est habui filium. Itē sustuli filiū: id est educaui: ꝛ ab vtroq; fit sublatum: primū est a tollo: pro capio: secundū a tollo pro educo. Paulus. Tamē intelligēdū est de his legē sentire: qui liberos tollere possunt: itaq; si castratū libertū iureiurādo quis adegerit: dicendum est non puniri patronum hac lege. Et Quinti. Cupidus ego liberorū vxorē duxi: natum sustuli: filiū educaui: in adolescētiā perduxi. Aliud est igitur hic sustulisse: ꝛ educasse. Et alibi. Qui ex duob⁹ legitimis alterū in adoptionē dederat: alterum abdicauerat: sustulit notū. i. habuit: quanq; parum proprie significo qđ volo. Nam vt femina fere quum mater fit: dicit peperi filiū: ita vir quum fit pater: dicit sustuli filiū. Terē. in and. Quicquid peperisset. decreuerūt tollere. i. educare. Idē Meministi me grauidā esse: et mihi te opere maximo si puellam parerē: nolle tolli. Chremes. Scio quid feceris: sustulisti: eodē modo dicimus: tulit filium: vt sustulit. Sueton⁹ in Domitiani vita. Deinde vxorē Domitiani: ex qua in secūdo cōsulatu suo filiū tulerat: repudiauit. Alia duo significata notiora sunt: quorum alterum est submouisse: vt Uerg. Jubet ꝛ sublata reponi Pocula. Alterū in altū tulisse: vt idē. Et sublatū furgit in ensem: que duo declarantur ex illo in Neronem epigrāmate. Quis neget Aenee magna de stirpe Neronē? Sustulit hic matrē: sustulit ille patrē. Hic sustulit matrē: qui occidit: et de medio abstulit. Ille sustulit patrem: id est supra humeros sumpsit: ꝛ ab incendio eripuit.

¶ Epitome capitis. cccxiij.

¶ Prouocare tam ad bonum q̄ ad malū dicimus: lacessere potius ad malum: sed nonnunq; etiam ad bonum: est vtrunq; incitare ad cōcertationem. ¶ Prouoco autem videt compositum a porro seu procul ꝛ voco: qđ qui hostem irritat: et ad pugnam seu certamen inuitat: eum prouocat: id est de longe vocat: sed dū in bonam partem accipit: potest etiā a

longe posito quis prouocari.t.incitari ad bo
num. Lacesso autem videt a lacero deductū:
ideoq; videt cōpetere prope stāti: quasi sit la-
cerando: t disrūpendo vestem seu indumēta
quēq; ad iniuriā appellādo incitare. Ideoq;
cōtra naturalē verbi significationē esset: si in
bonā quoq; partē accipiat: nisi q amici non
min⁹ vestes nostras lacerāt dū ad beneficiū
accipiendū nos inuitāt: q; inimici dum iniu-
riam/aut cōtumeliā inferūt. Neq; vo hoc ver
bum(de lacesso loquor) desideratiuū dici po-
test: aut etiā vt viso itionē t actū talē corporis
importare: nā lacessimus presentes: visimus
autem: ideest visum imus absentes: quos pre-
sentes videmus. Sed ad authorem redeo.

¶ Prouoco: lacesso. Cap.cccxiij.

prouo-
co.
& Liui.
libro.vij.
Gallus
magnitu
dine at-
q; armis
insignis
puocat
p interp̄
tem vnuz
ex roma
nis q̄ se-
cum fer-
ro decer-
nat.
Lacesso.

Prouoco in malā partē dicitur/ t in
bonā. De mala notū est: de bona vo
Cice. ad Brutū. Tuis literis aman
tissimis sum puocatus. Lacesso ple
runq; in malū: vt idē. Sed iustitie primū mu-
nus est: ne cui quis noceat nisi lacessitus iniu
ria. Sed nōnunq; t in bonū est: vt idē. v. Tu-
scu. Tuis me amātissimis libris lacessisti. Et
ad Atti. lib. xiij. Quū ipse homo nunq; me la
cessisset. i. nunq; me libris suis prouocasset ad
respondendū. Est autē prouocare t lacessere:
tētare ad pugnam: t ad concertationē.

¶ Epitome capitis. cccxiij.

Retulit Pompeius ad senatũ: id est cõsuluit:in eadẽ tamẽ sententia põpeius ad populum tulit:ex illo fit senatusconsultũ. Ex hoc rogatio que instar est legis. Dicimus preterea refero tibi acceptum/pro eo qd est fateor me hoc abs te accepisse:neq̃ id modo in bonam partem:verũetiã in malã:vt pro Deiotaro. Cice. Uitam acceptam refert clementie tue,idem in Antoniũ. Omnia deniq̃ que postea vidim⁹ (quid autẽ mali non vidimus?) si recte ratiocinabimur:vni accepta referemus Antonio. Idem est fero tibi acceptũ:siue pro eo qd est habeo pro recepto abs te/qd mihi debebas: etiã si solutio nulla intercesserit: vnde fit acceptilatio:quã Justinianus per interrogationẽ ꝛ responsionẽ fieri vult. Retuli expẽsum:id est rationem de impensis confeci vel exhibui.

Acceptilatio. Retuli expẽsuz.

¶Epitome capitis.cccc.

¶Exhorreo hãc rẽ:id est expauesco. Abhorreo ab hac re.i.alien⁹ sum ab hac re. ¶Mancinellus docet dictũ esse etiã abhorreo hanc rẽ:id tamen rarissime: vt nescias an legendũ sit obhorreo. Uerba M. Hãcinelli sunt. Abhorreo non solũ ablatiuo iungitur: sed etiã accusatiuo. Catullus enim ait. Seuaq̃ abhorrebas Prisci precepta parentis. Porphyrio itẽ Ode.iij.lib. videlicet quẽ mortis timuit gradum ait. Quẽ mortis inquit gradum abhorrere potest:qui monstra maris ꝛ asperrima saxa sine lachrymis videre potuit? Apule.li.x. Meta. Nã ꝛ quid potissimũ abhorrere asinus excogitantes scrupulose ꝛc. Pli. lib.x.cap.penulti. In omni alio vsu acriora abhorrentes. Calepinus autẽ plura affert eiusdẽ locutionis exẽpla. Quale est illud Ti. Liuij.lib.iiij. Parũ abhorrens famã ampliatam. Et illud Sueto. de August. Nam pumillos/et distortos ꝛ omnia generis eiusdẽ: vt ludibria nature:maliq̃ hominis abhorruit. Lactan. lib.iij. Non est sapientia si cetũ hominũ abhorret. Addit idẽ. Forte decepit Laurentium vallã ab prepositio que ablatiuũ exigere videtur: sed si hoc in pleriseq̃ verbis fiat:non tamen in omnibus:sicut in aboleo:abluo:et huiusmodi:que actũ nõ abltũ postulant. Ambro. li.j. officio. Abhorret:id est aliena est: quandoquidem ab efficiẽdo dictum putamus/quasi efficiũ. Sane sicut quidã obhorreo p abhorreo:aut exhorreo vsurpãt: sic ꝛ abhorresco:vt Lactã. de ira. Quem terra contremiscit: et latebre tartaree ꝛ demones abhorrescunt: vbi ergo in tertu est:hoc semper addẽdum est fere/vt sit fere semper:quia melius ꝛ venustius cum ablatiuo construitur. ¶Cicero pro cluẽtio. Nemo illum auditu: nemo congressione: nemo sermone:nemo conuiuio dignum iudicabat:omnes aspernabantur:omnes abhorrebant:omnes vt aliquam immanem/ac pernitiosam bestiam/pestemq̃ fugiebant.

Abhorreo. Mancinellus. Joan. Theo.

¶De exhorreo ꝛ abhorreo. Cap.cccc.

Exhorreo hãc rem:idem est quod expauesco. Abhorreo ab hac re: idem est quod perquam alienus sum ab hac re: hoc semper postulat huiusmodi ablatiuum:illud vero nunq̃:sed accusatiuum.

Exhorreo. Abhorreo.

¶Epitome capitis.ccccj.

¶Bene mecum agitur:id est in bona conditione sum:ꝛ bene mihi succedit:similiter pre-

clare:ꝛ optime ꝛc. Et nonnunq̄ conſimiliter actiue:vt bene tecum egerunt ciues:ſed actū eſt de aliquo:ſemper in malā partē accipitur: pro eo qđ eſt periit: nec amplius de eo ſpes eſt.

¶ Bene agi cū aliquo quid ſit:ꝛ quid actum eſſe. Laꝑ.ccccj.

Agi cuꝫ aliquo.

BEne mecū agitur:idē eſt quod in bona cōditione ſum:item preclare tecum agitur:optime cum illis agitur: melius cū hominib⁹ ageretur:ſi paruo contenti eſſent: ita male mecum agitur et peius:incōmodiuſve/ et peſſime. Cicero. Cum illo vero quis neget actum eſſe preclare: mecum incommodius? Nonnunq̄ actiue. Ualerius Mart.li.v. Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade:ſi eū poſt trecenta milia Perſarū Marathone deuicta/in exilium protinus miſiſſent: ac nō in carcere/et vinculis mori coegiſſent. Actū eſt ſemper in malā partem accipitur: vt actū eſt de republica:id eſt reſpublica extincta/deſperata ꝛ perdita eſt.

Actū eē

¶ Epitome capitis.ccccij.

¶ Salio:id eſt ſaltum facio:interdū quaſi ſalto. Salto autem: id eſt tripudio:qđ vulgo dicūt chorizo:peritiores choream duco: ſaltus eſt incompoſitus:vt ceruorū:agnorum:canū: leporūq̄:ſaltatio hominū quod tripudiū vocant: idemq̄ dicitur ſaltatus:ſed non ſaltus.

Salio. Salto. Saltus. ſaltatio. Saltat'. ♣ Sal. Sꝫ i hꝭ Sempro nia que multa vitatio re atque forma:p̄ terea vi ro libe riſq̄ ſatꝭ fortuna ta fuit: li teris gre cis atq̄ latinꝭ do cta pſal lere ꝛ ſal tare ꝛ cā tare ele ganti⁹ cū neceſſe é probe.

¶ Salio:ꝛ ſalto. Laꝑ.ccccij.

SAlio vnde ſaltus:pro eo quod eſt ſaltum facio:ſalto tripudio:vnde ſaltatio. Interdum ſalio pro ſalto. Uergi.ij. Georg. Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres. Quid autem diſtent ſaltus:ꝛ ſaltatio notum eſt. Saltꝰ em̄ eſt qualis ceruorū leporūq̄:ſaltatio vero illa hominum iactatio: quam vulgo tripudium vocant. Et licet ſalio pro ſalto dacie cō accipiatur:non tamen ſaltus pro ſaltatio: ſal tuſve:que etuſdē ſignificationis ſunt. Liu⁹. Ferre:ac per vrbem ire cum tripudijs: ſolenniq̄ ſaltatu luſſit.

¶ Epitome capitis.ccccliij.

¶ Abdicare eſt expellere filiū a bonis pater nis patre adhuc viuo. Exheredare poſt mortem: ideoq̄ grauius eſt abdicari: quod etiam riſq̄ ſatꝭ exheredationem continet: quā exheredari. fortuna Abdicare etiam eſt quaſi priuare: ꝛ alienum ta fuit: li dicere: vnde Liuius lib.iiij. Dictator bello teris gre ita geſto in vrbem rediit: magiſtratuq̄ ſe abcis atq̄ dicauit. Item repudiare vt Terē. Generum latinꝭ do abdicat. Item negare: ſed id apud veteres. cta pſal- Dacu. Regno expellunt: conſanguineam eſlere ꝛ ſal ſe abdicant.

¶ Abdico ꝛ exheredo. Laꝑ.ccccliij.

ABdicare eſt expellere a bonis filium: dum viuit pater. Exheredare vero poſt mortem. Sed abdicare eſt grauius: qđ etiam in ſe exheredationem continet.

¶ Epitome capitis.ccccliiij.

¶ Ad me ſpectat: id eſt pertinet: ad mortem: perniciem: exitium: ſeu interitum ſpectat: id eſt reſpiciendo tendit.

¶ De verbo ſpectat. Laꝑ.ccccliij.

AD me ſpectat. i. ad me ptinet. Ad mortem ſpectat: id eſt ad mortem quaſi reſpiciendo tendit. Cicero officio. lib. iij. Ad extremum ſi ad perniciē patrie res ſpectabit patrieſalutē anteponat ſaluti patris. Quintilianus in paupere amatore. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum: miſerabilis ſis oportet: vt amator eſſe videaris.

Spectat ad me. Spectat ad mortem.

¶ Epitome capitis.ccccv.

¶ Conuenit hoc nobis. i. conueniens eſt et decens aut vtile. Conuenit inter nos. i. conſtat et controuerſia ſeu diſſenſione caret. Juuena. Seuis inter ſe conuenit vſis. Conuenit mihi hoc tecum. i. ſentio de hoc vt tu. Interdum hoc dicitur tantū hoc conuenit. Interdū ſolū conuenit. Et in plurali cum ſuppoſito. Unde Terē. Hec fratri mecum nō cōueniunt. Eſt vbi conuenio cum accuſatiuo conſtruitur. vt in lib. iij. dictum eſt.

¶ Cōuenit nobis ꝛ cōuenit inter nos quomodo differant. Laꝑ.ccccv.

COnuenit hoc mihi aut conuenit hocvobis. i. decēs eſt ꝛ cōuenientes. Cōuenit hoc inter nos. i. conſtat et controuerſia caret. Conuenit mihi hoc tecū. i. ſine cōtrouerſia eſt inter nos: qđ ego dixi. Conuenit tibi mecū. i. ſine cōtrouerſia eſt inter nos: qđ tu dixiſti. Nōnunq̄ ſine ſuppoſito: vt conuenit inter nos. Nonnunq̄ ſine appoſito ſed tñ ſubintellecto: vt hoc conuenit. Nonnunq̄ ſine vtroq̄ vt cōuenit.

Conuenit nobiſ Conuenit inter nos. Conuenit mihi tecū: aut tibi mecum. Conuenit.

¶ Epitome capitis.ccccvj.

¶ Variꝭ modis dicit quis obuius: vt obuiꝰ tibi fio: obuius ſum tibi: obuiū me tibi fero: obuiū me tibi fortuna obtulit: obuiū me tuli: more Uergiliano: obuiā veni: obuiā proceſſi: obuiā fui: obuiā exiui: obuiā me tuli: obuiam factus ſum: ſed potius obuius. ¶ Dictū aūt fere volūt de minore ad maiorē vt obuius factus regi: exiui obuiam regi. Rex habuit me obuiū: ſed fit vterq̄ alteri obuius: ꝛ in itinere ſuo rex habet milites obuios ꝛ milites in ſuo regē. Exire autē vel procedere obuiā: eſt humiliantis ſe aut exhibentis humanitatem.

Obuiuꝫ eſſe aut fieri. ♣ Obuiam variat p diuerſaverba.

¶ Obuio tibi ꝛ obuiꝰ tibi fio ꝛc. Laꝑ.ccccvj.

OBuio tibi ꝛ obuiꝰ tibi fio: obuiꝰ ſum tibi: obuiū me tibi fero: obuiū me tibi fortuna obtulit. Cic. Fit ei obuiꝰ Clodiꝰ. Uergi. Cui mater media ſe ſe tulit obuia ſylua. Domitius Apher apud Quin. Forte vos in illa ſolitudine obuios caſus miſere mulieri obtulit. Obuiā quoq̄ per eadē ꝛ p alia pluraverba variat: vt obuiā proceſſit: obuiam tui: ꝛ alia multa.

¶ Epitome capitis.ccccvij.

¶ Similiter varie dicitur quis ſibi finem ſeu ſummum bonum proponere: vt in textu patet. Neq̄ tamen verba textus negligenter legēda ſunt; nam preter philoſophorū de ſum-

mo bono placita: q̃ illis explicant: operep̃e-
tium est scire: terminare: finire: metiri: talem
vsum habere. Nam terminare oia volupta-
te: est constituere finem omniũ in voluptate.
Metiri nature bonis singula esse bona qua-
tenus nature vtilia sunt.

¶ De verbis ad finitionẽ pertinen-
tibus. Cap̃.cccclvij.

Finẽ p̃o ponere.

EPicurus oia terminat voluptate.
Zeno cũcta finit honestate. Hiero.
vniuersa determinat finitq̃ indolẽ-
tia corporis. Carneades singula me
titur nature bonis. Aristippus nihil non ad
commodũ suũ refert. Pyrrhon nihil reliquit:
q̃ nõ reuocet ad scientiã. Ille summũ bonũ
in gula cõstituit: ego bonũ ipsum pono in di-
lectione dei. Tuus finis ad quẽ tẽdis tibipsi
ignotus est. Tot igitur verbis vnam: ean-
demq̃ rem declaramus: que exempla passim
inquirentibus sese offerent.

¶ Epitome capitis.cccclviij.

Ad cõiecturã p̃tinentia.

¶ Consimiliter et coniecturam facere.
¶ Coniectare ⁊ coniecturare ⁊ coniecturam
facere ⁊ cetera p̃o eodem accipiuntur.

¶ De verbis ad coniecturam per-
tinentibus. Cap̃.cccclviij.

& Cice. Cor. nisi q̃tũ co-piam hẽ-rens: cũ ipse cõie-ctura cõ-sequi po-terã: tum er literis tuis co-gnoui.

COniecto: cõiecturo: coniecturam fa
cio coniecturã capio cõiecrura con
sequor: coniecturacolligo: cõiectura
duco: p̃o eodẽ accipiunt aut parũ
differunt: q̃ efficacius quiddã est in cõiectu-
ra consequor: ⁊ coniectura colligo: q̃ in cete-
ris: quorũ exempla adducere longum esset.

¶ Epitome capitis.cccclx.

Ad scientiã pertinentia.

¶ Itẽ nõ ignoro aut scio varie dr: vt in textu
patet: sed ⁊ plurib⁹ modis idẽ dici põt: vt non
me latet: non ignoro: certo scio: compertũ ha-
beo: cognosco: ⁊ aliis non paucis.

¶ De verbis ad notitiam perti-
nentibus. Cap̃.cccclx.

ON me fallit: non me preterit: nõ me
fugit: nõ me capit: idẽ significare q̃
nõ ignoro Quintil. author est.

¶ Epitome capitis.cccclx.

¶ Preterea varie dicere ⁊ te in aliquo spem
habere. Sed capio spẽ de te: cõcipio spẽ: du-
co in spem: voco in spẽ: ingredior in spẽ: non
tm̃ spei firmitatem significant: q̃tum colloco
et repono in te spem.

Ad spez pertinẽ-tia.

¶ De verbis ad spẽ pertinẽtib⁹. Cap̃.ccccx.

CApio spem de te: concipio de illo
spem. Duco in spẽ hui⁹ negotij.
Voco in spem: ingredior i spem:
non tm̃ spei firmitatẽ significant:
q̃tũ colloco in te spẽ ⁊ repono in
te spem. Cice. In quo maiores natu spem di-
gnitatis sue collocarẽt. Quint. In quo spem
vnicam senectutis reponebam.

¶ Epitome capitis.ccccxj.

¶ Ad hoc multifariam te memorẽ dicas: vt
in mentẽ venit mihi: occurrit mihi: succurrit
mihi subit mihi: sed hoc vltimũ frequẽter de
commiserante dicit. Reperitur etiam subeo
cũ accusatiuo quasi subintro ⁊ inuado: vt se-
ra penitentia subijt regem.

Ad memoriã p̃tinentia Succurrit mihi. Subijt mihi. Subijt me.

¶ De verbis ad recordationẽ per-
tinentibus. Cap̃.ccccxj.

AD mentẽ venit mihi: occurrit mihi:
succurrit mihi: subit mihi: p̃o eodẽ
accipi solent. Sed hoc vltimũ fre-
quenter quoq̃ ad miserationẽ: vt
Quin. Nobis p̃o natura aduersus exanimes
ingenuit: nõ solũ miserationẽ q̃ cogitationi
nostre subit: sed etiã religionem. Vbi non ita
decuisset: succurrit: occurrit: ⁊ in mentẽ venit.
Verg. Subijt chari genitoris imago. Subijt
deserta Creusa. Vbi nequaq̃ decuisset: in mẽ
tem venit mihi de charo genitore: ⁊ de Creu-
sa deserta. Jũgitur etiam hoc verbum cũ ac-
cusatiuo: vt Curtius. Sera penitentia subijt
regem.

¶ Epitome capitis.ccccxij.

¶ Quinetiã videas: videre licet: cernere li-
cet: cernere est: p̃o eodem accipt solent. Ut q̃
de ceteris textus exempla ponit: addam dũ-
taxat de vltimo illud sexto Eneidos. Hecnõ
⁊ Tityõ terre omniparẽtis alumnum Cerne
re erat ⁊c.

¶ De verbis ad visionem perti-
nentibus. Cap̃.ccccxij.

Ad visũ pertinẽ-tia.

JDeas: licet videre: licet cernere:
apud quosdam etiam cernere est
p̃o eodẽ accipiuntur: vt itaq̃ vi-
deas iustos iniustis rebus maxi-
me dolere: imbecillib⁹ fortes: mo-
deratos immodestis. Licet videre nõnullos
tanta stultitia: vt vix differant a natura bruto
rum. Licet ora ipsa cernere iratoꝝ vt imiten-
tur. Ciceronis hec exempla sunt.

¶ Epitome capitis.ccccxiij.

¶ Varia quoq̃ est perorandi atq̃ concluden
di operis ratio: vt in textu videre licet.

¶ De verbis ad finẽ operis perti-
nentibus. Cap̃.ccccxiij.

Ad finẽ operis pertinẽ-tia. & Verbum habeo i extremo materie elegãtis-sime po-nitur.

HAbes que sentiam Brute de ra-
tione dicendi. Hec habui de ami
citia que dicerem. Hec sunt que
dicenda putaui hoc tẽpore. Sunt
verba Ciceronis ad extremũ ma
teriẽ a se tractate: quibus et ceteri authores
vti solent. vt Quin. Habes Marcelle victori
quibus precepta dicendi adiuuari posse per
nos videbantur. Et iterum. Nihil habui am-
plius quod in vniuersum preciperem. Et ite-
rum. Hec fere sunt emendate loquendi: scri-
bendiq̃ partes.

¶ Epitome capitis.ccccxiiij.

¶ Necnon ⁊ mandatum aut preceptum sen
institutum esse variis modis consequi possu-
mus: vt sequentibus.

¶ De verbis ad authoritatẽ per-
tinentibus. Cap̃.ccccxiiij.

MOre maiorũ comparatũ est: legibus
ita cõparatũ est: legibus ita cõstitu
tum est: ita natura cõparatũ est: ita
natura constitutũ est: ita natura p̃e

Ad authoritatē seu māmus. Hoc ratio ipsa prescribit ita videtur radatū per tinentia.

scriptū. Hoc nobis ipsa natura prescribit nobis natura datū est vt periclitantes alleuemus. Hoc ratio ipsa prescribit ita videtur radatū per tio dictare.

¶ Epitome capitis. cccclxv.

¶ Insuper ad quecunqꝫ pertinētia varie per interim ꝛ superadiuncto gerundio: aut noie verbali exprimi possunt: vt inter cenandū in cenando: quum cenarē: inter cenam: in cena: super cenam: ꝛ ita de consimilibus.

¶ De communione gerundij et nominis. Cap. cccclxv.

Ad varia pertinentia.

INter agendū et inter actionem: in agendo: inter cenandum: inter cenam: in cena: super cenā: inter consulendum siue consultandum: inter consilia: siue cōsultationes: in cōsulendo siue consultando.

¶ Epitome capitis. cccclxvj.

¶ Denicꝫ ad appellationē ac iudiciū spectātia multifariā enuntiare possumus vt per appello existimo: per dico: ꝛ sentio: per puto: ꝛ loquor: per haberi ꝛ appellari. Consimiliter ad productionem pertinētia: vt diligentia honores ꝛ gignit et continet. Litere ꝛ parantur et consummantur studio.

¶ Et appellant te hoīes sapientē: et existimant te. Cap. cccclxvj.

ET appellant te hoīes sapientē ꝛ existimant te malū esse ꝛ dicunt et sentiunt. Illū ꝛ putant probū ꝛ eloquūtur. Hi ꝛ habent malit: et appellantur. Diligentia honores ꝛ gignit ꝛ continet. Studio litere ꝛ parantur: ꝛ conseruantur.

¶ Epitome capitis. cccclxvij.

¶ Imponere cū datiuo: ꝛ accusatiuo notum est qd significet. impono cū solo datiuo / aut sine casu significat decipere: inde impostor: / deceptor. ¶ Dicitur aūt per syncopā pro imposito: sicut a Uergil. dicit Eneid. j. Manet alta mente repostum Judicium Paridis.

¶ De verbo impono. Cap. cccclxvij.

Impone re. ✣ Impono cū dtō. i. decipio. Impostor. Uer. lib. iij. Uidit thuri cremis cū dona imponeret aris.

IMpono tibi hoc oneris notū est qd significet. Impono tibi idē qꝺ decipio te. Quintil. Quid q hoc ipsum tā placide tam quiete facit: quasi captet īponere. Et alibi. Fefelit te ingenitus honestis animis glie amor. Spes tibi perpetue laudis imposuit. Unde impostores dicunt: q alios verbis magna pollicentibus incantationibusꝫ seducūt / ac decipiunt. Paulus. Item aleatores / ꝛ vinarios nō contineri edicto quosdā respondisse. Pōponius ait. quēadmodū nec gulosos: nec impostores aut mēdaces: aut litigiosos. Ulpia. Nō tñ si incātabit: si imprecat⁹ est: si (vt vulgari verbo impostoris vtar) exorcizauit: nō sunt ista medicine genera: tametsi sint qui hos sibi profuisse cum predicatione affirment.

¶ Finis quinti libri elegantiarum Laurentij Uallensis cum breui eiusdem Badij explanatione.

¶ Epitome Ascensiana in sexti libri elegantiarum Laurentij Uallensis Proemium.

¶ Si Seruio Sulpitio licuit librum scribere de notis Sceuole / ꝛ preceptoris sui: ꝛ in facultate iuridica nimirū principis: quū id ꝛ reip. ꝛ ipsi q̄ decesserat e vita commodū videret. Licebit et authori nostro de notis etiā doctissimorū in lingua latina librū hūc cōficere: quū id nō aio carpēdi: sed emēdandi faciat: sibiꝫ fieri equo animo passurus sit.

Laurētij Uallēsis

In elegantiarū lingue latine librū Sextum: qui de notis authorū / circa nominum / verborumꝫ significationem est / proemium.

SUlpitius ille Seruius cuiꝰ q̄sta in iure ciuili fuerit authoritas: plurimoꝝ monumenta testantur: siue alioꝝ exēplo siue priuato cōsilio fretꝰ non existimauit turpe sibi ad famā fore: vt librum de notis Sceuole cōscriberet: non modo antistitis in ea facultate: atꝫ omnium principis: verumetiam preceptoris sui. Cogitabat enī neꝫ posse id sibi vitio dari: quod publice vtilitatis causa susciperet: neꝫ iniuriam illi fieri: qui reprehenderetur: si modo rite reprehendatur: quod in se fuisset ipse facturus: si errata sua animaduertisset. Probe itaqꝫ Sulpitius / et ingenue: ac vere Romane quin ipse quoqꝫ populus prudenter: ꝛ grato inuicem animo qui factum huius non reprehensione: sed laude dignum / ac gloria putauit: nec minore volumen hoc: q̄ꝫ cetera honore prosecutus est. Nā precepta aliqua doctrine tradere ciuilibet mediocribus saltem literis imbuto promptum est. Errores maximoꝝ virorum deprehendere: id vero tum doctissimi hoīs est: tum opus vtilissimum ꝛ quo nullū dici possit vtilius. Quis enī dubitet: non minus agere: qui aurū: argentū: ceteraqꝫ metalla expurgat: q̄ꝫ qui illa effodit: qui triticum mundat: q̄ꝫ qui metit: qui pinus amigdala: ceteraſqꝫ nuces seligit q̄ꝫ q̄ easdem legit? Ita eum: qui emendat nisi paucissima sunt que emendat non inferiorem existimare debemus: q̄ꝫ ipsum illum inuentorem: nec minorem ab illo q̄ꝫ ab hoc percipi fructum. Insuperqꝫ non modo huic ex illius castigatione nullum damnū afferri: atꝫ iacturā: verumetiam pretium: ac dignitatem: perinde atꝫ auro: ac ceteris: que modo commemorauī: quantum corpori purgatio ipsa detrahit: tantum residuo pretij (vt dixi) ꝛ dignitatis accrescit: adeo plus vtilitatis in parte est: que superat: q̄ꝫ que fuerat in solido. Quare si quis Sceuole apud inferos de Sulpitij facto sensus fuit (que erat ille equitas ꝛ iustitie amor) ausim affirmare fuisse gauisum: secūqꝫ preclare actū esse dixisse: qꝺ suoꝝ librorꝫ aurum ab

Libꝝ de notis scribere non est turpe

omni scoria esset: ac fece cõpurgatũ: nihilq; foret per qd cõciues sui per eã scripta falli possent. Neq; immerito Plinius iunior ad amicũ ita scribit. Ita eñ magis credã cetera tibi placere: si quedam displicuisse cognouero. Quõ igitur nõ sit bñficiũ id offerre: qd solet bñficij loco postulari? Qd si hoc nõ prestat: aut tam defunctis: aut tale bñficiũ respuentib9: profecto his prestat: ad quos ex ipsa magnorũ authorũ emendatione multa imprimis vtilitas peruenit. Ideoq; ab optimis quibusq; cuiuslibet artis professorib9 preceptũ est: vt eorum ipsorũ quos distẽtib9 ad imitationẽ ꝓponũt: etiã vitia (si qua fuerint) ostẽdãt. Hmõi igitur ego & exẽplis: & rationib9 adducẽ9: faciũdum mihi putaui: vt vnũ librũ hũc de notis scriptorũ cõponerẽ: nõ quo illos carperẽ. Nã ꝑterq; hunc de notis aut q hec inhumana voluptas foret: certe & alibi valla edidit. tor libũ maior mihi hec facultas darẽt: et de hac ipsa re pene infiniti libri cõscriberẽtur: sed quo ꝑdessem aliquid linguã Latinã discere volentib9: nõ mõ ex nostris preceptis: sed ex aliorũ quoq; erratis: vbi & de nostro nonnihil ad rei testificationẽ admiscebimus. Dedimus autẽ nostrorũ librorũ suã cuiq; materiã: vt si per se opus nõ multũ sibi fauoris pararet: ipsa certe varietas cõmẽdatione blãdiret: ex hoc ꝑsertim volumine in quo & vniuersa q̃ in superioribus singula cõtinent: & de pluribus ꝑstantissimisq; authoribus pronuntiat: iudiciũq; contra eos fit. Sumus aũt accusatores: ijdẽ simul: & iudices. Sed qui aliorũ pariter accusationẽ: iudiciũq; subeam9: nisi legitime & authoris: et iudicis fuerimus officio functi: sed iam in forum descendamus.

¶ Epitome capitis. cccclviij.

¶ Alũnus est qui ab aliquo alitur: nõ etiã q̃ aliquẽ alit vt Noni9 Marcell9 precepit: Exẽpla certe ei9 nõ id probãt: nec alũnũ dñm esse significãt: sed alitũ. Per incidentiã aũt docet armigeros. i. qui arma gerũt magnorũ virorũ etiã magnos fuisse. Auspicari etiã accipi pro incipere poti9 in bonũ: q̃s in malũ: quũ auspicatum significat semper bonũ: auspex vero est qui nuptiis ꝑ marito preest: sicut ꝑnuba prouore. ¶ Ceterũ ex exẽplis Noni nõ cõgruãt: Manci. snia tñ ei9 recipit. vnde Manci. Alũn9 quidẽ vt Noni9 Marcell9 ait: significat. Silli9 nãq; lib. viij. scribit Palladẽ ita Ioui loquẽtẽ. Nõ Teucros delere aderã: sed lumẽ alũne Hãnibalẽ Libye pelli florẽtib9 annis. Vita atq; extingui premordia tãta negabãt: & Pli. li. iij. de Italia loquens ait. Terra oĩm terrarũ alũna eadẽ & parens numine deum electa. In calce quoq; toti9 opis inter multas Italie laudes inq̃t. Italia rectrix/ parẽsq; mũdi alũna. Strabo etiã li. v. de Sabina loquens/ ita latine dicit. Vt aũt summatim dicã: Italia cũcta pecorũ: & frugũ prestãtissima nutrix est. Hec addidi: vt illud. Terra oĩm terrarum alũna/ nutrix sine cõtrouersia intelligatur. Ver. itẽ in Cyri/ sic. Magna quero: nec vt illa quidẽ cõmunis alũna. Omnib9 insecta tell9 tumulabit arena.

& Cur. li. viij. scribit Alexãdrũ commilitones alloquẽtes inter plura / & illa dicere. Oro quesoq; / ne humanarũ rerũ terminos adeũtẽ alũnum: commilitonemq; vestrum / ne dicam regem: deseratis.

¶ In Nonium Marcellum de alumnus. Cap. cccclxviij.

Alũnus

Alũnus eũ significat (Nonius Marcellus inq̃t) et q̃ ab aliquo alitus est & q̃ aliquẽ aluit. Cui in prima significatione suffragor: in scda refragor: nec illius exẽpla secũ facere ostẽdã: sed mecũ: q hec sunt: tũ Cic. in Verrẽ. Italia aũt alũnũ suũ seruitutis extremo summoq; supplicio fierum videret: tũ Varronis. Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas Attice philosophie alumna. Quorũ exẽplorũ (salua Noni pace:) vtrũq; significat educatũ: nõ educatorẽ: nam Cic. quidẽ Italiã quasi altricẽ: & illũ ab ea alitũ dixit. Varro vero mõ nõ alio locut9 est: q̃s Quin. vbi ait. Verba oia & vox ei9 alũna vbis esse: solet: vt oro Romana plane videat: nõ ciuitate donata. Vult enim verba nra: & vocẽ videri debere natam: & alitã intra Romã. Varro inter Athenas: atq; in sinu altricis philosophie. Adiecit etiã Noni9 alũnũ significare dñm: vt apud Vergi. Corpus vbi exanimi positũ Pallantis Acetes. Seruabat senior: q̃ Parrhasio Euãdro armiger añ fuit: sed nõ felicib9 eque. Tũ comes auspicijs: charo dat9 ibat alũno. Dure nimis (ne dicã iuerudite:) vir sane erudit9 exposuit: q̃si nesciamus: non dñi mortẽ a seruo vel comite. Ver. fecisse deplorari: sed qd pl9 est / q̃s siue l Euãder ipse fuisset occisus ac multo tristius ab altore: siue nutricio mortẽ ei9 quẽ aluerat: & quẽ loco filij habebat: qualis Phenix ille Homericus in Achillẽ fuit: quẽ qm̃ educasset: filiũ semp appellat: ꝑ alũno: & certe armigeri magnorũ prin Armigeri. cipũ semper & ipsi magni viri fuerũt. Siquidẽ (vt taceã de Phenice: q̃ bone parti Myrmidonũ imperabat) Patrocl9 auriga Achillis: prin Auriga. ceps erat: & Sthelen9 Capanei regis fili9 auriga Diomedis: & Meriones inter primos duces Cretẽsiũ auriga Ilionei: et Hectori aliq̃s fratrũ fere aurigabat currũ. Talis fuerat Acetes Euãdro: ergo nõ fuerat seru9: aut seruo similis apud Euandrũ: multo min9 apud filiũ: sed pri silis: & ꝑ pre: ꝑsertim illo absente. Duo aũt hec noia q̃ ab eadẽ fra incipiũt: armiger: & auspiciũ: q̃ apud Verg. mõ legim9: non nota oib9 etiã explicem9. Armiger est: q̃ in plio gerit tela dñi sui: vt scutũ: vt arcũ: vt lãceã: & cetera hmõi. Imperiti armigerũ vocant armatũ equitẽ. Auspiciũ est vel a pastu auium: vel ab inspectiõe auiũ: sed q: cõsul anteq; iret in expeditionẽ capiebat auspiciũ: hinc factũ est: vt dicam9 auspicia ducũ: atq; principũ: q̃ a solo duce capiunt: & hinc auspicari non mõ auspiciũ capere: sed etiã incipere nec in bonã tãtũ partẽ: qd frequẽtissimũ est: verũ i malã quoq; vt apud Plinĩ. At hõ infeliciter natus manibus pedibusq; deuinctis: aĩal ceteris impera-

armiger auspiciũ

turũa supplicijs vitã auspicaꝛ. Nã qñ non est verbũ: fere in bonum accipiꝛ: vt apud Teren. Haud auspicato me hucattuli i. nõ feliciter quasi auspicijs repugnãtibꝫ. Quod declarat Quin. de Achille (vt opinor) loquẽs q̃ ad morte quã dij futurã denũtiauerãt: cupiditate vlciscẽdi Patrocli ruebat. Sic nãq̃ ait. Eãt nũc poete antiquarũ cõditores fabularũ: et se ad exhortãdã amicitie fidẽ/magna quedã cõposuisse carminibꝫ putẽt: si dixerint aliquos per maria terrasq̃ asperiorẽ fortunã amicorũ tñ secutos: aut principẽ Grecie virũ in vltionez interfecti amici in auspicata bella gessisse. et alibi. Itaq̃ vt apud illos Homerus: sic apud Auspex. nos Uer. auspicatissimũ dederit exordiũ. Auspex q̃ preerat nuptijs celebrãdis: q̃ auspiciũ pronuba p nuptijs capere solebat. Adhibebaturq̃ hic p parte mariti: vt pnuba que preest et ipsa nuptijs celebrãdis p vxore: aliqñ etiã magis pprie pro eo qui dux militie est: vt primo carminum apud Horã. Nil desperãdũ Teucro duce et auspice Teucro.

¶ Epitome capitis. ccccxix.

¶ Citari nõ est laudari: qõ Nonius pretẽdit: sed conuenit: et in testimonium vocari in exẽplo ab eo adducto: et citato.

Citare. ¶ In eundẽ de Citare. Cap. ccccxix.

Citare est vocare. Cice. Uer. citat reũ nõ respõdet.

Citare idẽ inquit p laudare accipiꝛ: vt Cice. Citeturq̃ Salamis clarissime testis victorie. Nescio cur id dixerit: nõ em̃ tãtus vir tã parua nesciuit: nisi putet se acutiorẽ visum iri: si clara faciat obscura. Citant testes. nõ laudant. Nam Salamis (q̃ fuit locꝰ victorie Themistoclis) nihil laudis meret: q̃ppe q̃ nihil egit: sz testis fuit: quia interfuit: vel qꝛ in ea posita sunt trophea victorie: q̃ rẽ gestã testificant trãseũtibꝫ. Ergo si testificari locꝰ põt: põt merito vt testis citari: nõ tñ tanq̃ vẽturꝰ: sed ad quẽ eãt: q̃ testimoniũ desyderãt: vel citent Salaminij: cõtinẽs p cõtẽto: vel citent autores: et libri q̃ de hac Salamine victoria meminerunt testimoniumq̃ dicunt.

¶ Epitome capitis. ccccxx.

¶ Capere nõ tot et tã diuersa (vt Nonꝰ vult) sigãt/sed vnũ diuersimode/ fm diuersa adiũcta: habetq̃ recipꝛocũ quẽdã vsum: vt cepit voluptatẽ: et voluptas cepit me. Uir tñ somnꝰ cepit me/dicam: et nequaq̃ delectatio cepit me. Captꝰ aũt oculis. i. cecꝰ/orbatusq̃ oculis. Capio doloꝛẽ: potiꝰ q̃ dolor capit me. Sz vtroq̃ melius tenet me dolor. Cepi indignationẽ: potius q̃ indignatio cepit me: et ita in multis q̃ textus notat. Est aũt capere spõte: et nõ spõte accipere: sumere semper sponte: et interdum a se quasi arroganter capere.

¶ In eundẽ de capio et sumo. Cap. ccccxx.

Capio. Capio fm eũdẽ in passiuo sigãt ppitiationẽ: vt apud Lucretiũ. Nec bñ p meritis capiꝛ: nec tãgiꝛ ira. Capere facere. Ter. i Andria. Nõ sic captũdos mihi inimicos sciam esse oẽs hoies. Capere ppeti. Terẽ. in Heau.

Dũ abs te abfuz oẽs fuere mihi labores quos cepi leues. Capere tollere: tenere. Uer. lib. iiij. Geoꝛ. Hic tibi nato pꝛiꝰ vinctis captũdus vt oẽm. Uar. i meleagris. Quẽ idcirco terra nõ cepit: et celũ nõ recepit. Idẽ in cumentidibus. Stolã calceosq̃ mulierꝫ ppter positos capio. Cape eligere. Terẽ. in Hecyra. Quũ illũ in generũ cepimus. Uer. in Geoꝛ. Añ locũ capies oculis. M. T. de offi. Nõ insit aliq̃d probi: qõ capiat ignaros. Capere: delectare: sustinere: hꝫfe: decipere: circũuenire: occupare: detinere: satiare: accipe: cõplecti: inuenire. Singulorũq̃ exẽpla subijcit: q̃ ipe (ne lõgioꝛ essez) ptermisi: in q̃bꝰ nõ est pbabilis expositio. Nã q̃s credat authoꝛes vni dictioni tot sigãta: et q̃dẽ p se q̃q̃ noua dare voluisse: tãq̃ linguã ipam cõfundere cuperent? Cur igiꝛ ita locuti sunt? Nẽpe q̃ nihil interest inter has significationes: capio hostẽ: capio generũ: capio saxũ. ꝓterea due ppꝛietates i hoc vbo notãde sunt. Una qõ hz recipꝛocũ quẽdã vsum: vt idẽ sit: cepi voluptatẽ: et cepit me voluptas. Cic. Magnã cepi ex literis tuis voluptatẽ. Quin. Nec me tanta capiebat voluptas q̃ fluentia certis mella cõderẽ. Poli. ad Salui. li. viij. Capio aliquã voluptatẽ: q̃ vllavoluptate nõ capiar. Cepi somnũ: captꝰ sum somno: vir vz: sed dici posset: vt oppꝛssus vz q̃ opprimiꝛ somno: capitur somno cepi delectationẽ: vir vnq̃q̃ delectatio cepit me. Sed in passiuo potiꝰ captꝰ sum delectatione: et itẽ in ceteris q̃ ad delectationẽ pertinet: captꝰ sum amenitate loci: dulcedine vocis: specie mulieris: amoꝛe: pecuniarũ: specie bonorũ magnitudine/sublimitateq̃ materie. Ista em̃ omnia delectãt. Ideoq̃ subintelligi solet delectatio: quale ipsum illud. M. Tul. q̃ insit aliquid probi/ quod capiat ignaros. i. delectet. Ergo ꝓbitati inest delectatio: vt sit ita exponendũ: cuius probi delectatio capiat ignaros: siue ignari capiant delectatione: habet: inquit Terẽ. Captꝰ est subintellige amore: siue pulchꝛitudine femine. i. delectatione: non autem (vt testatus sum) actiue cepi amorem. Nec longe ab hac ratione abest illud: captus sum oculis: pro orbatus sum oculis: nec hoc vnq̃q̃ reperies: nisi in passiuo: et nunq̃q̃ fere nisi de oculis dict: similibusq̃. Misericoꝛdia cepit deos: nõ dij misericoꝛdiam dicimꝰ: id est non delectatio: sed doloꝛ ille ex alieno malo. Et merita mea ceperũt deos: vt ait Lucre. qui sermo rarus est id est admiratio: vel delectatio: vel affectus eos cepit. Capio doloꝛem tamen potius q̃q̃ cepit me doloꝛ: dicimus: non quia non possumus etiam sic dicere: sed quia habemus alium in vsu modum magis pꝛopꝛium. Tenet me doloꝛ: sicut tenet me desiderium. Delectatio enim videtur tantum capere: nec diu permanere: doloꝛ autem et desyderium tenere: quasi permanendo. Itẽ cepi indignationem: cepi siue contraxi molestiã: potius: q̃q̃ cepit me indignatio: cepit me molestia. Contra cepit me tedium: cepit me odium: cepit me obliuio: potius q̃q̃ retroꝛsum/

capio oculis.

Teneo.

Uerg. tãta mee si te ceperũt tedia laudis. Te ren. Neqz agri/neqz vrbis odiũ me vnq̃z cepit. Lice. Propter qd̃ tantũ odij cepit eloquẽtia: vt hoies studiosissimi quasi ex turbulẽtissima tẽpestate se in studiũ traderẽt quietũ. Idem. Ut eos iustitie capiat obliuio. Pli. tñ lib. vij. natu. hist. ait. Et prealto tecto lapsus matris: ꝛ affinitũ propinquorũq̃z cepit oblitionẽ. Al-

Capere. Sumere

tera ꝓprietas q̃ capere significat vel spõte ac

Accepi.

cipere. Sumere tñ spõte. Atqz hinc est illud: cepi labores: cepi molestiã: cepi dolorẽ: cepi vel suscepi inimicitias: suscepi curas: suscepi sumptꝰ: accepi calamitatẽ: accepi cladẽ: acce pi dãnũ: accepi iniuriã: accepi cõtumeliã: ac cepi repulsam: accepi vulnꝰ: qd̃ nunq̃z fere alt ter dicimꝰ. Nõ sustinui: nõ ꝓpessus sum vulnꝰ sed fere semper accepi: nisi more poetico: vt apud Ouid̃. li. ij. Meta. Nullã patiere repul-sam. Lice. In domũ multiplicatã honoribus nõ solũ repulsam retulit: sed etiã ignominiã ꝛ calamitatẽ: quũ dixit: nequaq̃z cõtra hoc/ qd̃ precipio facit. nã sumo suppliciũ: sumo penã:

♣ sumere suppliciũ ꝛ penam ab alio.

non in me: sed a me in alium infligi intelligit: ideoqz adiũgit ablatus cũ prepositiõe de. Lic. de illo paulopost supplictũ sumit. Quin. Ut nisi occurrisset ad diẽ de eo q̃ restiterat/ pena sumeret. Põt tñ quis de se etiã sumere suppli cium/ erũtq̃z tanq̃z due psone: q̃ agit/ ꝛ q̃ pati tur. Nec lõge ab hac rõne abest illud: captus sum oculis: ꝓ orbatus sum oculis dici: porro qz sumere est vltro: quasi nõ ꝓmissu alioꝝ ca-pere: eo fit/ vt intelligat ꝓ nimiũ. ꝛ interdũ ꝓ arroganter sibi tribuere. vt Lice. de offi. Orationẽ autem latinã efficies legẽdis nr̃is profecto pleniorẽ: nec vo hoc arrogãter dictũ existimari velim. nã philosophãdi scientiã cõ cedẽs multis (qd̃ est oratoris ꝓpriũ) apte di-stincte: ornate dicere (qm̃ in eo studio etatem cõsumpsimꝰ) si id mihi assumo: videor id mi-hi meo iure quodãmõ vẽdicare. Assumpsisse se ait eã sibi laudẽ: q̃ nisi vera esset: ac palã ve-ra: ꝓpter rei magnitudinẽ arrogãs videret: ergo assumere est multũ ꝛ pene nimiũ sibi tri-

♣ Lice. ꝓ Plan.

buere. Idẽ ꝓ Plãcio. Quãq̃z nõ tm̃ mihi su-mo iudices neqz arrogo. Inde ineruditorũ quãq̃z nõ vocabulũ psumptuosus. Deniqz quodã loco mihi tan tuz sumo

Ueale. max. ita plane ꝓprietatẽ horꝝ verborũ distinxit: vt hãc differẽtiã pene ẽcipere videa tur: quũ de Lato. Cẽsorio loquit. Qui ensem

iudices: neqz ar rogo.

de mediis hostibꝰ recepit: q̃q̃z hoc alio filio Catonis tribuãt: inquiẽtes: vt nõ coactꝰ acci peret: sed sua spõte sumere videret. Quare si latine ꝛ nos loq̃ volumꝰ: dicamꝰ dñm Iesum carnẽ quidẽ humanã sumpsisse: morte ẽ ꝓ ac-

Meo iure.

cepisse. Meo iure qd̃ modo apud Lice. legi-mus: si q̃s forte desiderat: exponamꝰ. Signifi cat aũt idẽ quodãmodo qd̃ mea authoritate: meaqz licẽtia: ac cõcessa mihi ab hoibꝰ liber-tate: vt idem ꝓ archia. Quare suo quidẽ iure noster ille Ennꝰ sctõs appellat poetas. Suo iure inq̃t: qd̃ poeta erat: ꝛ ꝓbatissimꝰ poeta: idẽ est ꝓ meo iure. vt idẽ alibi. Pro iure meo hoc dico; vos eo me priuastis; quasi cõfidẽter dico. Est em̃ efficiẽs causa nõ finalis: qualia cetera sunt hoc modo dicta: ꝓ mea in vos be nenolentia: pro vestra in me humanitate: pro tua mansuetudine: pro sua pietate. Ubi effi-ciens (vt dixi) causa intelligitur/ non finalis.

¶ Epitome capitis. cccclxxj.

¶ Cõtẽdere ꝛ intẽdere ꝓ eodẽ sumunt: ꝓ eo vcz qd̃ est neruũ: aut chordã aut simile quid extẽdere: continuare/ aut perseuerare vocẽ ꝛ intentionẽ: que nõ significat proprie propositũ: vt vulgus autumat: sed tã intentio q̃z cõtẽtio pro perseuerantia: continuatione: et ela-tione vocis ꝓmiscue in oratiõe ponunt: qui-bus cõtrarie sunt remissio ꝛ submissio vocis. Errat igit̃ Nonꝰ tã varias interpretationes accumulans. Cõtentꝰ autẽ de quo hic sermo est: a contendor: non a contineor venit.

Cõtẽdo Intẽdo.

¶ In eundẽ de cõtẽdere. Cap̃. cccclxxj.

♣ Cõtẽdo astringo. Uergilius.

Contẽdere idem ait: esse festinare: vt Uerg. Que ꝓrima littora cursu con tendũt petere. Contẽtio est perseue rãtia: vel elatio. M. T. de offic. lib. j. Et cõtentione vocis ꝛ summissione: ꝛ ceteris similibus facile iudicabitmꝰ. Sallu. hysto. li. iij. Rursus iumẽta nacti ad oppidũ ire cõtẽ dũt. Contẽdere cõtinuare. Lic. de ora. ij. Id qd̃ eius scripta declarãt: et cõtẽtiones vocis: ꝛ remissiones continuarentur. et in. iij. Nihil pernitiosius est: q̃z sine intermissione conten tio. Preterea ait: cõtẽdere: esse astringere: in-torquere: cõparare: extorquere: prorupere: vel dirigere signũ. Iterũ ꝓ festinare: intẽdere: sed neqz precepta: neqz exẽpla satis distincta sunt. Quid em̃ differt? cõtentio est perseuerã tia: ꝛ cõtẽdere est cõtinuare: quũ presertim ea dem exẽpla vtrobiq̃z subiiciant? Quid iterũ Uergilianũ illud? Cõtendunt petere. ꝛ illud Sallu. Ire cõtendũt? Que duo idẽ declarãt: qd̃ tendũt: vel pergũt ire: siue petere. Iã vero apud Lice. cõtentio nõ est perseuerãtia: neqz contẽdere continuare: sed intẽtio: atqz inten-dere. Indifferẽter em̃ dicimus hoc loco con-tentio: ꝛ intentio: contẽdere: ꝛ intẽdere. Nam plurimi falluntur accipientes intentionẽ ꝓ voluntatẽ: atqz ꝓposito. Afferã ad hoc pro-bandum ex. M. Fab. exemplũ: per qd̃ et ipsa res/ de qua agimus: probabitur. Neqz grauis-simus autem in musica sonus: nec acutissimꝰ orationibus conuenit. Nã ꝛ hic parũ clarus: nimiumqz plenus nullũ afferre animis motũ potest: ꝛ ille pretenuis: ꝛ immodice claritatis: quũ est vltra neruũ: tũ neqz pronũtiatione fie ri: neqz diuti, ferre intentionẽ põt. Nã vox vt nerui: quo remissior: hoc grauior/ et plenior/ quo intentior/ hoc tenuis: ꝛ acuta magis est: sic ima vim nõ habet: summa rũpi periclitat. Mediis ergo vtendum sonis. Ubi quoq̃z quũ augẽda intentio est: excitãdi/ quũ summitten da: sunt temperandi. Manifestum ergo est quid sit intentio: cuius etiam similitudo ner-uorum manifestius docet: vnde similitudo sumpta est: nam vt neruus in cithara: aut ner uus in arcu; quo magis intenditur: eo ve-

♣ Cesar li. j. Ipse de quar tavigilia eodẽ iti nere quo ta hostes ierãt ad eos con tendit.

hementionē vel sonū: vel ictū efficit: quo magis relaxat: eo remissionē: ita ꝛ vox que vtiꝫ vsum nernorū corpis exigit: quos videre licet in acutissime exclamātibus maxime intendi: tanꝫ in cithara aut in arcu: siue contēdi que (vt dixi) idē sunt atꝫ idē esse ex ꝓbis vtriusꝫ autoꝛis quos noīauim⁹: liquet: neꝫ ꝓo q̄sꝫ negauerit: continēter esse qꝺ cōtinue: siue cōtinuate: qꝺ Marcel. ait: sed a contineo venit: contentus vero a contēdo: licet ꝛ cōtineo faciat cōtentū. ¶ Epitome capitis ccccxxij.

Continēter.

Cōtinue ✠ Cesar belge cū Germanis bellū continēter gerūt

¶ Cursus nō est qꝺ Nonius vult volat⁹: sed penuria vocabuli cogimur ꝓ oīi celeri profectione in aere: aqua: ꝛ terris cursum ponere: sicut iaculari ꝛ lapidare ꝓ diuersarū rerū iactu. At in frequētatiuo consuetioꝛ est locutio: vt cursitare: volitare / ꝛ reptare dicamus / ꝙꝫ in principalibus que nō trāsferunt: sic.

Cursus.

penuria verboꝝ ꝓpioꝝ.

¶ De cursus. Cap. ccccxxij.

CUrsus inquit idem est ꝙ volatus: vt Uerg. Cursumqꝫ per auras dirigite in lucū: quasi nō figurate dicam⁹ de volatu cursum: ꝛ de cursu volatum. Unde illud apud Teren. Festina seruum ire iubēs inquit / vola: ꝓ eo qꝺ est curre. De nauigatione quoqꝫ festina dicim⁹ cursum. vt. M. T. Quo cursu frumēto onustas naues petentes Rhodū viderit. et Quin. nauigationē dixit fugā: siue naues fugientes: q̄ velocē cursum conficerēt: quū inquit. Inde fugientia vela lōgo visu prosecuti. Is em̄ q̄ fugit: velocissime currit. Eoqꝫ Uergi. inq̄t. Pedib⁹ timoꝛ addidit alas. Idē quoqꝫ Quin. inq̄t. Multa sunt grece: ꝛ latine nō denoīata. Nā ꝛ qui iaculum emittit: iaculari dicit: qui pilam: aut sudē: appellatione priuatim sibi assignata caret: et vt lapidare / q̄d sit manifestū est: ita glebarū: testarūqꝫ iactus nō habet nomē: vñ abusio: quę κατα χρησις dicit necessaria est: quare ad hāc Quinti. formulā nō aliter nauē velociter euntem: ꝛ auē velociter volantē currere dicim⁹: ꝙꝫ iaculari sudē. Illud autem apud oratoꝛes obseruaui: volitare poti⁹ / ꝙꝫ volare ꝓ discurre re dici solere. vt apud eundē. Me p̄ oīa maria volitantē: ꝛ apud Cice. Qui p̄ foꝛū volitant: quale est reptare. Nā quū repere sit aialiū carentiū pedib⁹ / ꝛ vētre euntiū: licet quedā reptilia pedes habeāt. vt lacerte: tñ reptare hominē dicim⁹: qui segniter lente: ꝛ quasi testudineo passu incedit: quales sunt: i hoꝛtis aut vinetis: similibusqꝫ locis spatiant. Hoꝛa. An tacitū syluas interreptare salubres. Plin. ad bebiū. Scolasticis poꝛro dñis: vt hic est: sufficit abunde tm̄ soli: vt releuare caput: reficere oculos: reptare per limitē: vnā semitā terre: omnesqꝫ viticulas suas nosse: ꝛ numerare arbusculas possint. Idem. Frequētioꝛ currētibus ꝙꝫ reptātibus lapsus est. Teren. in Adel. Perreptaui vsqꝫ omne oppidum: ad portam: ad lacum: quo non?

Uolito.

Reptare

¶ Epitome capitis. ccccxxiij.

¶ Carpere nō est attenuare: ꝛ aperire / nec celeriter p̄terire: vt Nonius vult: sed sensum decerpere: ꝛ quasi primus digitis detrahere: vt virgo rosam decerpit: aut vngulis solū discerpere: vt equus acer solet.

¶ De carpere. Cap. ccccxxiij.

CArpere inquit pro attenuare: et aperire. Uerg. Nec nocturna quidem carpentes pensa puelle: hoc pene puelle quidē ipse dicerent. Nā meta- vt carpimus linum virens ex humo: quum vellimus: ita puelle sinistra manu de colo pensum trahentes: sensimqꝫ vellentes carpūt. Et vt decerpim⁹ rosam primis digitis: sic puelle primis ꝛ ipe digitis decerpūt particulatim linū: lanāve. Iterū carpere celeriter preterire. vt Uerg. Et acri carpere prata fuga. Et in eodem. Carpere mox gyrum incipiat: quasi in primo non celeritas illa magis intelligatur per hoc quod dixit fuga: q̄ est celer cursus: ꝙꝫ per illud carpere: et in secūdo significetur velociter preterire. Aliud nāqꝫ est ire in gyrum aliud preterire: et qꝺ de equo / et sessore vtrūqꝫ poetice dictum est.

✠ Carpere

✠ Carperelinū euellere.

Plinius herbasqꝫ cuz semine ꝛ radicib⁹ carpunt.

¶ Epitome capitis. ccccxxiiij.

¶ Accipere nō est pascere: vbi Noni⁹ et Seruius sic acceptū volūt: sed in cōuiuiū apparatū assumere aut in domū honoꝛis: ꝛ amicitie cā aliquē cōuiuā capere: ita tñ vt dū dico: acceptus sum a te laute intelligat in cōuiuiū aut tractatus sum. Nā accipere est interdū tractare: ꝛ accipi tractari.

¶ Accipere. Cap. ccccxxiiij.

ACcipere ꝓ pascere idem inquit Teren. Accipit homo nemo melius prorsus: atqꝫ prolixius. Et hūc imitatus Seruius in Uergi. Illos porticibus rex accipiebat im amplis. Urbanius profecto: et lautius loqui poterant. Pecoꝛa grecatim: altiliaqꝫ dicuntur pasci non homines. Nos em̄ quoties accipimur: siue excipimur in conuiuium: non ad saginam: sed ad iucunditatem illam: atqꝫ apparatum inuitamur vt minima pars cibis assignetur. Unde conuiuere dicimur eo tempoꝛe non cōmessari: aut compotare: aut quod deformius est compascere: siue compasci. Siquidem Teren. de Thraſone: nō tanꝫ de saginatoꝛe locutus est: sed tanꝫ de splendido apparatoꝛe conuiuioꝛum. ꝛ Uergi. Helenum regem vult regiam quandam magnificentiā in exhibendo conuiuio declarasse: non solum (vt ita loquar) pastionem: ꝛ (vt dixi) saginam. Fateoꝛ tamen accipere nonnunqꝫ significare in domum suam honoꝛis: ꝛ amicicitie gratia aliquem conuiuam capere: ita tamē: vt subintelligatur in conuiuium: vt acceptus sum a te laute. i. acceptus sum in conuiuium: vel tractatus. Nam frequenter in cōtrarium dici reperimus. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Hoc apud Teren. ꝛ apud Cic. ex quo illud laudatur Archite: qui quum villico factus esset iratioꝛ: quo te modo inquit accepissem ni iratus essem.

Accipere

Conuiuere.

Accipere.

¶ Epitome capitis. ccccxxv.

¶ Grauis: nō dicit ꝓprie grauida: sed per circūlocutionem: vt Marte grauis. i. ex femine Martis. Nec graue plenum: sed plene. i. pregnantes fere graues sunt: sicut ⁊ onuste lacte graues dici possunt. Necvir pietate grauis dicetur: plen⁹ pietate: sed maturus: ⁊ magne autoritatis. Nec grauis dicet grādeuus. Eneid. v. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes: sed grauis prudētia: ⁊ moribus. Sed ne multa: graue proprie significat pōderosum: et transfertur ad senectutē: ad morbū: ad dolorē ad laborē: qr talia premūt: vt res grauis. Jōqꝫ graue dicit molestū: etiā animo: vt grauis cōtumelia: iniuria: mero: iactura. Jtaqꝫ que corpori aut animo molesta sunt: grauia vocant. Jtem viri graues: qui non cito ab instituto suo mouent: sicut nec lapis: aut alia res grauis loco. Ecōtrario: mobiles: et inconstantes leues dicuntur.

¶ In eūdem de graue. Cap. ccccxxv.

Graue. GRaue (inquit) significat grauidum. Uer. Donec regina sacerdos Marte grauis. Circunlocutio fecit: vt intelligat grauida. Nā si dicam⁹ regina aut Helena est grauis: nemo prorsus: intelligat: si addā ex rege: aut ex marito fortasse intelligat esse grauida. Jta apud Uergi. Marte grauis: pro femine Martis impleta. Graue plenū. Uerg Nō insueta graueis tētabūt pabula fetas. Si accipit fetas pro grauidas: superuacaneū est exponere: graueis ꝑ plenas. Per illud enim q̄ pregnantes sunt: plene esse intelliguntur. Graues vero esse: per epithetō qđ appositū est: quippe grauide oēs graues: vt ipsa quoqꝫ vox indicat. Nā a grauis fit grauid⁹: sin accipit fetas ꝑ his que pepererūt: vt puerperas mulieres: que proximis dieb⁹ matres sunt facte: graues lacte dicem⁹: quasi onustas: nō quasi plenas. Durū sit nāqꝫ appellare oues: caprasue plenas lacte: sed vbera plena lacte: vt est apud eūdē per translationē grauida. Et grauido superātvir vbere limē. Quod si qñ reperiat grauis pro plenus: hoc tū in loco nō ita accipit. Hunc eundē quē ego ꝓtuli versum: ⁊ ille affert: quasi de grauido: ⁊ nō de graui sit questio. Nec poete modo: verūetiam oratores sic loquunt: vt Quinti. Luctant intra viscera anime: ⁊ vterū funerib⁹ grauidum in os agunt. Sed ad graue reuertamur. Grauis inquit plen⁹. Uer. Tum pietate graue ac meritis si forte virū quē Conspexere: silet. Uiruz piū: ⁊ bene meritū appellare plenū pietate: et plenū meritis quis audeat? Nō ergo ita exponēdū est: vt nec est vtendū. Jn quo paulopost meā sententiā ostendam. Graue inquit grandeuum. Uergi. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. At ego potius accipio grauis prudētia: ⁊ moribus qūo proxime grauis pietate: ⁊ meritis dicebat. Multa preterea significata dat huic eidē nomini: que profecto forent infinita: si ad illum modum poetarum omnium exponamus exempla: qđ longe abest: tum ab vtilitate discentium: tum ab ipsa rei natura. Etenim graue suapte natura pōderosum significat: vt graue saxum: grauis sarcina: grauia arma: graue scutū: qđ scilicet grauat nos inferēdo: ⁊ qđ egre et cū molestia fertur. Jnde per abusionē transferimus ad senectutē: ad morbum: ad dolorem: ad laborē: qr hi q̄ molestiā ex senectute: morbo ceteriscꝫ sentiunt: quasi onere intolerabili premunt: qđ cupide velut graue pondus a se vellēt deponere. Neqꝫ solū ad molestias corporis trāslatio hec fit: verumetiam ad molestias animi. vt grauis contumelia: grauis iniuria: grauis meror: grauis iactura: que animū genere quodā ponderis premūt. Jtaqꝫ vn⁹ modus est: q̄ corpori aut aīo molesta sunt ea grauia appellare: eoqꝫ molestia a mole. i. a re magna magnitudine ponderis vocitata est. Alter modus est: q̄ quemadmodum grauia: ac grauida sara: ac graues trūci nō facile loco mouent: sed ad omnē tēporū mutabilitatē herent: ita hoies cōstātes / ac prediti sapientia merito per figurā graues nominantur: q̄ nec precib⁹: nec minis: nec vanitate: nec pmissis: ab equo ⁊ iusto summouentur: vt hi faciūt: quos leues vocamus qui in similitudinē pulueris / ac palearū ad omnē aurā ventilantur. Sciamus tñ grauis tūc regere datiuū: qnū est in priore significato: vt tu es grauis mihi. Quare nō ꝓbe qui dā legūt apud Ciceronē de officijs. Qđ etati tue esset aptissimū: ⁊ autoritati mee grauissimū: nā hoc grauissimū superuacuū est. Cetera quid mirer / si in his: que sunt altioris intelligētie fallitur: quum leuioribus / atqꝫ apertis hallucinet Marcellus.

¶ Epitome capitis. ccccxxvj.

¶ Jnficiator nō est ꝓprie falsi criminis obiector / vt idē inquit: sed is qui negat se / vel debere qđ actor petit: vel cōmisisse quod accusator obijcit: vnde status cōiecturalis dicit infitialis: in quo semp reꝰ inficiat vel inficias it. Jnficiari em̄ / aut inficias ire: est verbo negare. Negare aūt est aliqñ ⁊ facto. Uetare nō est negare: sed ꝓhibere: ⁊ cōtrariū eius qđ est iubere: ⁊ imperare. Jnficias q̄dē non habet nisi accusatiuū: ⁊ verbū eo is it. Simili aūt modo dicim⁹ suppetias venire: et ꝓficisci: ac ire: aut ferre: ꝓ auxiliari: aut in auxiliū venire: seu ire. Plaut⁹ tamen suppetie in nominatiuo dixit.

¶ In eundem de inficiator. Cap. ccccxxvj.

Inficiator. INficiatores inq̄t sunt falsi criminis obiectores: vt Cice. de ora. libr. j. Ut si ille inficiator probasset iudici ante petitā esse pecuniā / q̄s esset cepta deberi: hoc de reo dictū est a Cice. nec reo criminis: sed pecuniarū. Ille vero accipit non tātū pro accusatore sed ꝑ actore etiam et accusatore falsi criminis. Ubi enim pecunia et petitor nominant ibi nulla est criminatio. Jnficiator igitur is significatur: qui negat se vel debere: qđ actor petit: vel cōmisisse qđ accusator obijcit: vnde status cōiecturalis dicitur inficialis in quo semper reus inficiatur: vel inficias it. Jnficiari enim: ⁊ id quod dixi inficias ire: est

Inficiator. ✠ Eccipere significat interdū tractare tā in bonū q̄s in malum. Terent. ego abs te miser⁊ accepr⁹ sum modis. Ci. roga ipsum quē admoduz ego euz Arimini accepi.

Inficias. ✠ Uer. Uomis ⁊ inferi primum grauerobur arari Graues q̄ dicantur.

Inficias. Jnficias. Suppetias venire.

✠ De di cōē sup

petias verbo negare. Nam negare est aliquãdo etiã hec dicit facto: vt Uerg. Egregij forma: sed quis fortu- Calepi- na negarat. In patriã redit⁹. Ueto notum est nus: sup aliud esse: q̃ nego. Et (vt breuiter signẽ) com- petie et trariũ est illis impero: ⁊ iubeo. Non est autem suppeti- huic nomini nisi accusatiuus casus: et vnum as tãtuz verbum coris: it. de inficias loquor: cui simile habem⁹ est suppetias: pro eo qõ est auxiliũ: vt in. xij. cõ q̃ nomi- mẽtario: ũ Cesa. Et nũtiabantur auxilia ma ne Val- gna equitat⁹ oppidanis suppetias venire. Et la auxili in eodem. Sutisq; reb⁹ timẽs / elephantisq; tri uz signi- ginta relictis suis finib⁹: oppidisq; suppetias ficari exi profect⁹ est. Et iterum in eodem. Atq; suis su stimat: gientib⁹ suppetias ire cõtẽdit. Suetonius de ſz magis Uespasiano. Legatum insuper Syrie cõsula subsidiũ rẽ suppetias ferẽtẽ rapta aquila fugauerunt. ẽ. Plau. Suppetias pro auxilium. Plaut⁹ in Epidic. in Epi. Sed memẽto: siquid senũt senes: suppetias Auxilia mihi cũ sorore ferre. Idem in eodẽ nosatiuo mihi / et est vsus. Auxilia mihi ⁊ suppetie sunt domi.

suppe- tie sunt domi.

¶ Epitome capitis. cccexxvij.

¶ Incisim non est simile: sed penitus contra- rtũ: minutatim: quasi per incisa membra. Ci- cero autem appellat cola: cõmata: ⁊ periodos. membrum: incisionem: ambitum: siue cõpre- hẽsionẽ: siue cõtinuationẽ: siue circũscriptio- nẽ. Cuius Quin. duo genera facit: incisum: ⁊ mẽbrũ. Incisum aũt est sensus nõ expleto nu mero cõclusus: fiuntq; singulis verbis incisa. Mẽbrũ aũt est sensus numeris conclusus: sed a toto copore abrutus: ⁊ per se nihil efficiens.

